9. *El. nigrinus* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 1. 421. 51. — Thoms. Col. Sc. 6. 104. 9.
Hab. in truncis putridis et in foliis arborum passim ad Christianiam, in Gjællebæk in parochia Lier (Collett) et in Øier Gudbrandsdaliæ.

Cryptohypnus Esch.

Elater Gyll.

1. *Cr. riparius* Fabr. — — Gyll. Ins. Sv. 1. 402. 31. — Thoms. Col. Sc. 6. 108. 1.
Hab. sub lapidibus ad Christianiam freqvens; ad Sarpsborg (Grimsgaard), ad Bergen (Schneider), in parochiis Grue Aamot et Faaberg, in Nordlandia ad Gibostad et Foldenfjord et in Finmarkia ad Tromsø et Alten Talvig (c. 70°) a Dom. Zetterstedt et Collett captus.

2. *Cr. rivularis* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 1. 403. 32. — Thoms. Col. Sc. 6. 108. 2.
Hab. sub lapidibus ad rivulos ad Christianiam, in parochia Faaberg Gudbrandsdaliæ et in Valders. In Finmarkia in insulis Skjervø et Senjen nec non ad Alteidet a Dom. Zetterstedt lectus.
Var. c Gyll. in Loelven ad Christianiam et a Dom. Zetterstedt in Gamstentind Finmarkiæ Juli inventus.

Negastrius Thoms.

Elater Gyll.

1. *N. boreaphilus* Thoms. — Thoms. Col. Sc. 6. 112. 2.
Hab. sub lapidibus ad Fogstuen in alpe Dovre rarius, Juli.

2. *N. pulchellus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 423. 53. — Thoms. Col. Sc. 6. 113. 3.
Hab. in arena fluminis Loelven ad Christianiam Juni passim;

ad Vik in Østensø et Graven Hardangeriæ et ad Vossevangen a Dom. Schneider repertus.

3. *N. tetragraphus* Germ. — Thoms. Col. Sc. 6. 116. 6. — El. 4 pustulatus Gyll. Ins. Sv. 1. 424. 54.
Hab. sub lapidibus ad Loelven juxta Christianiam et ad flumen Logen in parochia Faaberg Gudbrandsdaliæ, passim, Juli.
Var. b Gyll. in Bækkelaget ad Christianiam (sub fucis exsiccatis) et in Faaberg lecta.

Cardiophorus Esch.

Elater Gyll.

1. *C. ruficollis* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 422. 52. — Thoms. Col. Sc. 6. 118. 1.
In Frogner ad Christianiam a Dom. Schneider inventus.
2. *C. rufipes* Fourcr. — Gyll. Ins. Sv. 1. 397. 25. — Thoms. Col. Sc. 6. 118. 2.
Ad Christianiam captus, Juni.
3. *C. Eqviseti* Hbst. — Gyll. Ins. Sv. 1. 396. 24. — Thoms. Col. Sc. 6. 121. 7.
In locis humidis ad Christianiam et in parochia Nordrehaug lectus, passim, Juli.

Fam. LVIII. Cyphonidæ Thoms.

Daschellus Latr.

Atopa Gyll.

1. *D. cervinus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 373. 1. — Thoms Col. Sc. 6. 126. 1.
Ad Christianiam in Bækkelaget, in Nordmarken (Collett), in parochiis Ringsaker Hedemarkiæ, Hoff in Solør et Aamot Østerdaliæ captus, Juni et Juli passim.

Helodes Latr.

Cyphon Gyll.

1. *H. minuta* Lin. — Thoms. Col. Sc. 6. 129. 1. — C. melanurus Gyll. Ins. Sv. 1. 366. 1.

Hab. in floribus Calthæ palustris, in gramine sub arboribus et fruticibus ad Christianiam, ad Næs Værk (Schneider), in parochiis Odalen, Elverum et Tyldalen, Mai—Aug. non infreqvens.

Var. b Gyll. ad Christianiam in Tøien lecta.

2. *H. marginatus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 1. 368. 3. — Thoms. Col. Sc. 6. 36. 2.
Hab. sub lapidibus et in foliis Salicis ad Christianiam in prædio Linderud, in Krogkleven et Nordrehaug Ringerikiæ, ad Bergen (Schneider) et in Norvegia boreale (Thomson).
Var. b Gyll. in Linderud ad Christianiam.

Microcara Thoms.

Cyphon Gyll.

1. *M. livida* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 1. 367. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 131. 1.
Hab. in gramine in parochia Jevnaker Hadelandiæ rarius.

Cyphon Payk.

1. *C. coarctatus* Payk. — Thoms. Col. Sc. 6. 133. 1. — C. griseus Gyll. Ins. Sv. 1. 370. 5.
Hab. in gramine locis humidis ad Christianiam freqvens; ad Kongsvinger, in Odalen, Rendalen, Tyldalen et Øier etiam repertus. Juni—Aug.
2. *C. nitidulus* Thoms. — Thoms. Col. Sc. 6. 133. 2.
Ad Christianiam et in Losby in Lørenskoven (Collett) inventus, Juli.
3. *C. variabilis* Thunbg. — Thoms. Col. Sc. 1. 136. 5. — C. pubescens Gyll. Ins. Sv. 1. 369. 4.
Ad Christianiam inventus, non infreqvens Juli.
4. *C. pallidulus* Boh. — Boh. Vet. Ac. Handl. 1849. 212. — Thoms. Col. Sc. 6. 138. 7. — C. grisens var. c Gyll. Ins. Sv. 1. 370. 5.
Ad Christianiam in Hasle lectus, Aug.
5. *C. Padi* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 371. 6. — Thoms. Col. Sc. 6. 139. 8.

Hab. in floribus Pruni Padi ad Christianiam et in Losby in Lørenskoven (Collett).

Var. b Gyll. ad Christianiam et in Losby (Collett).

Prionocyphon Redt.

Cyphon Gyll.

1. *Pr. serricornis* Mull. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 347. 3—4. — Thoms. Col. Sc. 6. 140.
Ad Næs Værk (N. Aal) in Corylo et ad Tangeraas in Strandebarm (Schneider) captus.

Scirtes Ill.

Cyphon Gyll.

1. *Sc. hæmisphæricus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 372. 7. — Thoms. Col. Sc. 6. 141. 1.
Hab. in plantis locis humidis ad Christianiam, non infreqvens.

Fam. LIX. Dasytidæ Thoms.

Dasytes Payk.

1. *D. plumbeus* v. Kiesenw. — Thoms. Col. Sc. 6. 148. 2. — flavipes Gyll. Ins. Sv. 1. 327. 5.
Ad Christianiam captus.
2. *D. fusculus* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 336. 4—5. — Thoms. Col. Sc. 6. 150. 4.
Hab. in floribus Calthæ palustris in Tøien et Bækkelaget ad Christianiam et ad Sarpsborg (Grimsgaard).
3. *D. obscurus* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 3. app. 685. 1—2. — Thoms. Col. Sc. 6. 151. 6.
Hab. ad Christianiam, ad Fagernæs in Aurdal in Valders, in Elverum et Aamot, ad Moen in Fron, ad Laurgaard in Sell. In floribus Plantaginis et Geranii ad Drivstuen in Dovre Juni et Juli a Dom. Boheman; et in floribus Achilleæ Millefolii ad Talvig, Bosekop et Altengaard Finmarkiæ copiose a Dom. Zetterstedt lectus.

4. *D. niger* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 1. 325. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 152. 7.
Hab. in floribus, præsertim Geranii ad Christianiam freqvens; etiam ad Drammen (Collett), ad Sarpsborg (Grimsgaard), in Nordrehaug, Aurdal in Valders, Røken, in Odalen, Grue, Elverum, Aamot, Sell, ad Hamar et Lillehammer, nec non ad Jerkin et Kongsvold in alpe Dovre inventus.

Aplocnemus Steph.

Dasytes Gyll.

1. *Apl. nigricornis* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 1. 327. 4. — Thoms. Col. Sc. 6. 154. 1.
Hab. in foliis Pini ad Christianiam, Laurvig et Fredriksværn, passim.
2. *Apl. tarsalis* Sahlbg. — Gyll. Ins. Sv. 4. 337. 4—5. – Thoms. Col. Sc. 6. 165. 3.
Ad Christianiam captus.

Trichoceble Thoms.

Dasytes Gyll.

1. *Tr. floralis* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 1. 326. 3. — Thoms. Col. Sc. 6. 156. 1.
In parochia Næs Hallingdaliæ captus.

Fam. LX. Lampyridæ Thoms.

Dictyoptera Latr.

Lycus Gyll.

1. *D. sangvinea* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 320. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 160. 1.
Hab. in truncis arborum emortuarum ad Christianiam non infreqvens; ad Sarpsborg (Grimsgaard), ad Næs Værk (Schneider), in Nordrehaug, Rommedal, Elverum, Aamot, Odalen, Faaberg et Kvam Gudbrandsdaliæ et ad Drivstuen in alpe Dovre etiam repertus.

Eros Newm.

Lycus Gyll.

1. *Er. aurora* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 1. 321. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 161. 1.
Hab. in Linderud ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard), in Næs in Hallingdal (stud. Sølsberg), in Valders (Printz), in parochiis Stange et Løiten Hedemarkiæ, Elverum, Faaberg, Ringebo (Collett), passim Juli et Aug.
2. *Er. affinis* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 1. 322. 3. — Thoms. Col. Sc. 6. 162. 2.
In monte Egeberg ad Christianiam et ad Storsøen in parochia Aamot Østerdaliæ lectus.
3. *Er. minutus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 1. 283. 4. — Thoms. Col. Sc. 6. 163. 3.
In trunco exciso Abietis ad Haukerød in Sandherred prope Sandefjord parce lectus; ad Drammen in Guulskoven a Dom. Collett inventus. Juli.

Lampyris Lin.

1. *L. noctiluca* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 318. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 166. 1.
Ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard), in Hvaløerne (Collett), in Modum, Nordrehaug, Valders (Printz), Edsberg, Hoff, ad Næs Værk et ad Vigaardshejen (Schneider) inventa.

Fam. LXI. Cantharidæ Thoms.

Cantharis Lin.

1. *C. violacea* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 1. 333. 5. — Thoms. Col. Sc. 6. 173. 1.
Hab. in gramine; ad Christianiam, ad Næs Værk et Bergen (Schneider) captus, non infreqvens.
Var. c Thoms. (var. b Gyll.) ad Christianiam lecta.
Vor. f (mihi); capite thoreceqve nigricantibus.
Ad Christianiam lecta.

2. *C. fusca* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 329. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 174. 2.
Hab. in gramine ad Christianiam freqvens; ad Sarpsborg (Grimsgaard), in Odalen et Grue etiam inventa. Mai—Aug
Var. c Thoms. ad Christianiam capta.

3. *C. rustica* Fall. — Gyll. Ins. Sv. 1. 330. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 175. 3.
Hab. ad Christianiam, ad Næs Værk (Schneider) et in Øier Gudbrandsdaliæ.

4. *C. nigricans* Mull. — Gyll. Ins. Sv. 1. 333. 6. — Thoms. Col. Sc. 6. 176. 4.
Ad Christianiam freqventer occurrit; ad Sarpsborg (Grimsgaard), ad Kongsvinger, in Odalen, Solør, Aamot, Øier et Fron, ad Bergen et in Strandebarm (Schneider) etiam repertus.
Var. c Gyll. ad Christianiam lecta.

5. *C. livida* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 346. 22. — Thoms. Col. Sc. 6. 176. 4.
Hab. in gramine ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard), ad Laurgaard in parochia Sell Gudbrandsdaliæ; in Mo ad Foldenfjord Nordlandiæ a Dom. Collett capta.

6. *C. pellucida* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 1. 332. 4. — Thoms. Col. Sc. 6. 177. 5.
Ad Christianiam, in parochiis Grue et Fron, nec non ad Bergen et in parochia Graven Hardangeriæ (Schneider) lecta.
Var. b et c Thoms. ad Christianiam inventæ.

7. *C. obscura* — Gyll. Ins. Sv. 1. 331. 7. — Thoms. Col. Sc. 6. 178. 6.
Hab. ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard), in Hougsund in Eker (Collett), in Røken, Odalen, Østerdalen, Gudbrandsdalen, ad Lillehammer et ad Kongsvold in alpe Dovre, non infreqvens.

8. *C. assimilis* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 1. 347. 23. — Thoms. Col. Sc. 6. 178. 7.

Ad Christianiam, Kongsvinger, in parochiis Grue, Øier et Sell Gudbrandsdaliæ.

Var. b et c Thoms. ad Christianiam captæ.

9. *C. liturata* Fall. — Gyll. Ins. Sv. 1. 348. 24. — Thoms. Col. Sc. 6. 179. 8.

Ad Christianiam, Sarpsborg (Grimsgaard), in Odalen, Aamot, Øier, Sell, ad Bergen (Schneider) et ad Foldenfjord Nordlandiæ (Collett) inventa.

Var. b Thoms. ad Christianiam capta.

10. *C. figurata* Mannerh. — Thoms. Col. Sc. 6. 180. 9. — C. liturata var. c Gyll. Ins. Sv. 1. 348. 24.

Ad Christianiam, in Hvaløerne (Collett), in parochia Elverum ad Bergen et in Strandebarm (Schneider) inventa.

11. *C. flavilabris* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 1. 337. 11. — Thoms. Col. Sc. 6. 183. 12.

Hab. in frondibus Pini ad Christianiam et in parochiis Elverum et Tyldalen.

Var. d et e Thoms. ad Christianiam lectæ.

12. *C. paludosa* Fall. – Gyll. Ins. Sv. 1. 336. 9. — Thoms. Col. Sc. 6. 186. 16.

Hab. in frondibus Pini ad Christianiam et in parochia Aamot passim. In Nordlandia ad Bjørkvik et Gibostad copiose a Dom. Zetterstedt capta.

13. *C. pilosa* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 1. 354. 30. – Thoms. Col. Sc. 6. 187. 17.

Hab. in Betula alba ad Nystuen in alpe Filefjeld, ad Veblungsnæs in Romsdalia, ad Engen in Tyldalen Østerdaliæ, ad Jerkin et Kongsvold in alpe Dovre; ad Tangeraas, Klepfjeld et Korsdal Hardangeriæ et ad Hodnalugsæter in Voss (Schneider).

Podabrus Fisch.

Cantharis Gyll.

1. *P. alpinus* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 1. 346. 21. — Thoms. Col. Sc. 6. 188. 1.

Ad Christianiam, Kongsvinger, in Elverum, Aamot, Tyldalen,

Øier, in alpe Storfjeldet in Fron, in Sollien in Ringebo (Collett), in alpe Dovre ubiqve in Betula et Salice, ad Bergen et in parochia Graven Hardangeriæ (Schneider) atqve in Nordlandia ad Foldenfjord (Collett) lectus.

Var. b Gyll. ad Christianiam et in Modum,

Var. c Gyll. in Nordrehaug,

Var. d Gyll. ad Christianiam, ad Sundvolden in parochia Hole et Hønefos in Nordrehaug, Løsset in Aamot et Drivstuen in alpe Dovre inventa.

Var. e Siebke (Mag. f. Nat. 1863. 22); Tota nigra, facie, mandibulis, antennarum articulis 2 basalibus thoracisqve marginibus lateralibus testaceis; pedibus nigris, tarsis basi sordide testaceis.

Ad Jerkin in alpe Dovre inventa.

Rhagonycha Esch.

Cantharis Gyll.

1. *Rh. fulva* Scop. — Thoms. Col. Sc. 6. 189. 1. — C. melanura Gyll. Ins. Sv. 1. 353. 29.
   Ad Christianiam rarius; ad Næs Værk (Schneider) et ad Hvidesejd in Thelemarkia (Grimsgaard) capta.
2. *Rh. fuscicornis* Oliv. — Gyll. Ins. Sv. 1. 352. 28. — Thoms. Col. Sc. 6. 190. 2.
   In parochia Nordrehaug ad Tandberg a Dom. Thome, ad Bergen a Dom. Sølsberg et ad Tangeraas in Strandebarm a Dom. Schneider in Corylo lecta, Juli.
3. *Rh. pallida* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 1. 354. 31. — Thoms. Col. Sc. 6. 190. 3.
   Hab. in foliis Betulæ in Bækkelaget ad Christianiam, in Modum, ad Bergen et in Hardangeria (Schneider).
   Var. b Gyll. ad Christianiam et in Modum reperta.
4. *Rh. limbata* Gyll. — Thoms. Col. Sc. 6. 191. 5. — C. testacea Gyll. Ins. Sv. 1. 355. 32.
   Vulgariter occurrit in graminosis et arboribus ad Christianiam, in Ringerike, in Odalen, Solør, Østerdalen, Gudbrandsdalen,

Romsdalen et in alpe Dovre; ad Bergen et in Strandebarm (Schneider). In insula Senjen et in alpe Raschstind Nordlandiæ a Dom. Zetterstedt capta.

Var. b Gyll. ad Tromsø (Zetterstedt) lecta.

Var. c Zett. ad Bjørkvik et Andenæs Nordlandiæ a Dom. Zetterstedt lecta.

5. *Rh. elongata* Fall. — Gyll. Ins. Sv. 1. 335. 8. — Thoms. Col. Sc. 6. 192. 6.

Hab. in frondibus Abietis ad Christianiam, Sarpsborg (Grimsgaard), Lillehammer, in Odalen, Solør, Østerdalen, Sell et Vaage Gudbrandsdaliæ, et in alpe Dovre ubiqve in Betula alba. In Betuletis Nordlandiæ et Finmarkiæ ad Bjørkvik usqve ad Altengaard a Dom. Zetterstedt lecta.

6. *Rh. atra* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 336. 10. — Thoms. Col. Sc. 6. 192. 7.

Hab. in variis plantis ad Christianiam, ad Sarpsborg Grimsgaard), in Nordrehaug, Store-Elvedalen et Rendalen, nec non ad Fogstuen in Betula alba et Salice, non infreqvens.

Malthinus Latr.

Cantharis Gyll.

1. *M. flaveolus* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 1. 340. 18. — Thoms. Col. Sc. 6. 195. 3.

Ad Christianiam, in parochia Modum, et ad Tangeraas in Strandebarm in Sorbo aucuparia (Schneider) inventus.

2. *M. biguttulus* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 1. 341. 16. – Thoms. Col. Sc. 6. 195. 4.

Hab. in gramine ad Christianiam, in Nordrehaug, Aamot, Rendalen, Tyldalen et ad Drivstuen in alpe Dovre, non infreqvens.

Malthodes v. Kiesenw.

Cantharis Gyll.

1. *M. biguttatus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 342. 14. — Thoms. Col. Sc. 6. 198. 1.

Hab. ad Christianiam, in Store Elvedalen, Rendalen, Fron Gud-

brandsdaliæ et ad Jerkin, Kongsvold et Drivstuen in alpe Dovre in floribus Salicis. In Nordlandia ad Gibostad in insula Senjen a Dom. Zetterstedt lectus.

Var. b Gyll. ad Lyngenstind Nordlandiæ a Prof. Zetterstedt capta.

2. *M. guttifer* v. Kiesenw. — Thoms. Col. Sc. 6. 198. 2. — C. minima Gyll. Ins. Sv. 1. 344. 19.
   Ad Christianiam et in parochiis Aamot, Rendalen et Tyldalen Østerdaliæ captus, Juni et Juli.
3. *M. brevicollis* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 1. 345. 20. — Thoms. Col. Sc. 6. 200. 4.
   Ad Christianiam in Tøien et Bækkelaget in foliis Coryli Avellanæ et in Modum (Moe) captus.
4. *M. fibulatus* v. Kiesenw. — Thoms. Col. Sc. 6. 204. 8. — C. minima var. b Gyll. Ins. Sv. 1. 344. 19.
   Ad Christianiam in Bækkelaget et ad Akre in parochia Rendalen captus. In Finmarkia ad Bosekop (69° 55′) 6 Aug. in paludosis a Dom. Zetterstedt etiam lectus.
5. *M. limbiventris* Thoms. — Thoms. Col. Sc. 6. 206. 11.
   Ad Tangeraas, in Stensdalen, Graven et Korsdal Hardangeriæ a Dom. Schneider inventus.
6. *M. minimus* Lin. — Thoms. Col. Sc. 6. 207. 12. — C. sangvinolenta Gyll. Ins. Sv. 1. 343. 18.
   Hab. in gramine ad Christianiam freqvens; in Aamot, Øier et Fron Gudbrandsdaliæ.
   Var. b Gyll. ad Christianiam reperta.

Malachius Fabr.

1. *M. æneus* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 1. 356. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 211. 1.
   Hab. in graminosis ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard), in Røken, Nordrehaug, Øier, Fron et Sell Gudbrandsdaliæ, freqvens.
2. *M. bipustulatus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 357. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 212. 2.

Ad Christianiam, in Odalen et Elverum inventus, freqvens.

3. *M. viridis* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 1. 358. 3. — Thoms. Col. Sc. 6. 212. 3.

Hab. in gramine ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard), ad Næs Værk (Schneider) et in parochia Edsberg, Juni et Juli.

Anthocomus Erich.

Malachius Gyll.

1. *Anth. fasciatus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 360. 5. — Thoms. Col. Sc. 6. 215. 2.

Hab. in graminosis in Tøien ad Christianiam; in Ringerike (N. Seip) etiam captus.

Nepachys Thoms.

Malachius Gyll.

1. *N. Cardiacæ* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 363. 8. — Thoms. Col. Sc. 6. 218. 1.

In Tøien ad Christianiam et ad Sarpsborg (Grimsgaard) captus.

Fam. LXII. *Clerii Latr.*

Clerus Geoffr.

1. *Cl. formicarius* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 310. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 224. 1.

Hab. in lignis nuper cæsis ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard), in Odalen et Elverum non infreqvens; ad Næs Værk et in Strandebarm a Dom. Schneider.

Var. d (mihi); metathorace nigricante;

Ad Christianiam capta.

Var. e (mihi); fascia alba antica ad suturam abrupta.

In Tøien ad Christianiam lecta.

Tillus Olivier.

1. *T. elongatus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 313. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 223. 1.

In parochia Ørskoug Søndmøriæ, ad Bergen et in Strandebarm (Schneider) parce lectus.

Opilo Latr.

Notoxus Gyll.

1. *Op. mollis* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 312. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 225. 1.
Hab. in truncis Pini nuper cæsis ad Christianiam, Moss et a Dom. Schneider ad Bergen, ubi larva in ligno Cratægi capta est, parce.

Fam. LXIII. *Corynetidæ Thoms.*

Necrobia Latr.

Corynetes Gyll.

1. *N. violacea* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 3. 376. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 228. 1.
Hab. in cadaveribus ad Christianiam, in Elverum, Aamot, Gudbrandsdalia et in alpe Dovre ad Fogstuen, non parce.
2. *N. ruficollis* Fabr. — Thoms. Col. Sc. 10. 357.
Ad Christianiam a Dom. Collett semel inventa.

Fam. LXIV. *Xylotrogi Thoms.*

Hylecoetus Latr.

Lymexylon Gyll.

1. *H. Dermestoides* Lin. -- Gyll. Ins. Sv. 1. 315. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 231. 1.
In Tøien ad Christianiam mense Juli rarius lectus et a Dom. Schneider ad Bergen etiam captus. In truncis arborum Alni et Betulæ in insulis maritimis Nordlandicis et Finmarkicis mense Juli passim, ad Gibostad et Alteidet et in alpe Gamstentind a Dom. Zetterstedt captus.

Series XI. Heteromera.

Fam. LXV. *Blaptidæ Thoms.*

Blaps Fabr.

1. *Bl. mortisaga* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 595. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 238. 1.
Hab. in domibus in Christiania, passim.

Opatrum Fabr.

1. *Op. sabulosum* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 1. 597. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 242. 1.
In terra locis aridis ambulans ad Christianiam tempore vernali freqvens; ad Sarpsborg (Grimsgaard).

Fam. LXVI. *Boletophagidæ Thoms.*

Boletophagus Ill.

1. *B. reticulatus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 600. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 246. 1.
Hab. in Boletis ad Christianiam in Nordmarken, in Losby in Lørenskoven (Collett), ad Kongsvinger, in Odalen, Solør, Aamot, Rendalen et ad Elstad in Ringebo Gudbrandsdaliæ, passim.

Fam. LXVII. *Diaperidæ Thoms.*

Diaperis Fabr.

1. *D. Boleti* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 549. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 251. 1.
Hab. in Boletis Betulæ ad Christianiam, ad Næs Værk (Schneider), Kongsvinger, Modum et Odalen, passim. Juli et Aug.

Fam. LXVIII. *Upidæ Thoms.*

Upis Fabr.

1. *U. Ceramboides* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 594. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 258. 1.
In parochia Elverum a Dom. præfectu eqvitum Lund sub cortice Betulæ captus.

Fam. LXIX. *Tenebrionidæ Thoms.*

Hypoploeus Fabr.

1. *H. castaneus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 2. 578. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 263. 1.
Hab. sub cortice arborum emortuarum ad Christianiam, passim.
2. *H. Fraxini* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 2. 579. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 264. 3.
3. *H. linearis* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 2. 582. 6. — Thoms. Col. Sc. 6. 265. 7.
In parochia Nordrehaug lectus.

Bius Dej.

Boros Gyll.

1. *B. thoracicus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 2. 586. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 267. 1.
In parochia Nordrehaug a Doct. Thome semel lectus.

Tenebrio Lin.

1. *T. molitor* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 590. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 268. 1.
Hab. in domibus in Christiania, in Sarpsborg (Grimsgaard), in Drammen (Collett), in Fredrikshald, ad Næs Værk (Schneider), in Moshuus in parochia Øier Gudbrandsdaliæ, in Bergen (Sølsberg).
Var. b Gyll. in Christiania capta.

Tribolium Mac Leay.

Phaleria Gyll.

1. *Tr. ferrugineum* Fabr. — Thoms. Col. Sc. 6. 272. 1. — Ph. castanea Gyll. Ins. Sv. 2. 588. 2.
Ad Christianiam inventum.

Fam. LXX. *Lagriariæ Latr.*

Lagria Fabr.

1. *L. hirta* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 504. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 274. 1.
Ad Christianiam et a Dom. Schneider ad Sebbe in parochia Eidfjord Hardangeriæ in Verbasco capta.

Fam. LXXI. *Cistelidæ Leach.*

Mycetochares Latr.

Mycetophila Gyll.

1. *M. axillaris* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 2. 542. 2. femina et 541. 1. M. linearis mas. — Thoms. Col. Sc. 6. 278. 1.
Hab. sub cortice arborum emortuarum in Bækkelaget ad Christianiam, rarius.
2. *M. flavipes* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 2. 546. 6. — Thoms. Col. Sc. 6. 279. 2.
Hab. in truncis arborum emortuarum in Tøien ad Christianiam, in Grue in Solør, in Faaberg Gudbrandsdaliæ et in Valdalen Søndmøriæ, parce, Juni et Juli.

Ernocharis Thoms.

Mycetophila Gyll.

1. *Ern. bipustulata* Ill. — Thoms. Col. Sc. 6. 280. 2. — Gyll. Ins. Sv. 2. 544. 4. femina, M. scapularis 545. mas.
Hab. in truncis arborum emortuarum ad prædium Vold in Bærum prope Christianiam; 29 Juni capta.

Cistela Fabr.

1. *C. Ceramboides* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 622. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 283. 1.
   A Dom. Thome in Nordrehaug inventa.
2. *C. murina* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 526. 4. — Thoms. Col. Sc. 6. 384. 3.
   Hab. in floribus in Kværner et Bækkelaget ad Christianiam et in Ringerike (N. Seip), passim.
3. *C. atra* Fabr. — Thoms. Col. Sc. 6. 285. 5. – Helops ater Gyll. Ins. Sv. 2. 537. 1.
   Ad Sarpsborg a Dom. Grimsgaard inventa, a me non visa.

Cteniopus Sol.

Cistela Gyll.

1. *Ct. sulphureus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 524. 3. – Thoms. Col. Sc. 6. 287. 1.
   Hab. ad Christianiam in floribus Libanotis in Tøien et in Viburno Opulo in Bækkelaget, parce.

Fam. LXXII. *Mordellonæ Latr.*

Mordella Lin.

1. *M. fasciata* Fabr. — Gyll. Ins. Sv 2. 606. 3. — Thoms. Col. Sc. 6. 292. 1.
   Hab. in truncis Betulæ albæ in Bækkelaget ad Christianiam 30 Juni, rarius.
2. *M. maculosa* Naëzen. – Thoms. Col. Sc. 6. 293. 2. — M. guttata Gyll. Ins. Sv. 2. 607. 4.
   Ad Christianiam et in parochia Modum (Moe) lecta.
3. *M. aculeata* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 604. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 294. 3.
   Hab. in floribus ad Christianiam, ad Drammen (Collett), in Bærum, Nordrehaug, Land, Valders, Odalen, Elverum, Aamot, Faaberg, Gausdal et Øier, non infreqvens.
   Var. b Gyll. ad Christianiam capta.

Mordellistena Costa.

Mordella Gyll.

1. *M. humeralis* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 605. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 296. 2.
Ad Christianiam et in parochia Modum lecta.
2. *M. pumila* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 2. 605. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 297. 3.
Ad Christianiam in floribus vulgaris; ad Drøbak, in Nordrehaug, Jevnager Hadelandiæ, ad Kongsvinger et in Ringebo Gudbrandsdaliæ etiam capta.

Anaspis Geoffr.

Mordella Gyll.

1. *An. frontalis* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 614. 11. — Thoms. Col. Sc. 6. 300. 1.
Hab. in floribus ad Christianiam freqvens; ad Kongsvinger, in Asker, Odalen, Solør, Østerdalia, Øier et Fron etiam capta, Juli et Aug.
Var. b Zett. in floribus Sorbi ad Alteidet Finmarkiæ a Dom. Zetterstedt lecta.
2. *An. rufilabris* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 521. 11—12. — — Thoms. Col. Sc. 6. 301. 2.
In floribus ad Christianiam freqventer captus; in parochia Nordrehaug, Jevnager, Modum, Aurdal, Aamot, Faaberg et Øier etiam reperta. In insulis Nordlandiæ Skjervø et Senjen a Dom. Zetterstedt lecta.
3. *An. lateralis* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 2. 616. 12. — Thoms. Col. Sc. 6. 302. 4.
Hab. ad Christianiam in Bækkelaget et in parochiis Nordrehaug et Jevnager Juni et Juli.
4. *An. flava* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 617. 14. — Thoms. Col. Sc. 6. 303. 5.
Ad Christianiam non infreqvens; etiam in Aurdal, Grue, Aamot, Store Elvedalen, Fron et ad Jerkin et Drivstuen in alpe Dovre, Juni—Aug. lecta.

Var. b Gyll. ad Christianiam lecta.

Var. d Thoms. (M. thoracica Gyll. 2. 616. 13) ad Christianiam, in Grue et Fron inventa.

5. *An. arctica* Zett. — Zett. Ins. Sv. 166. 6. et M. ruficeps 166. 13. — Thoms. Col. Sc. 6. 304. 6.
Hab. in floribus Achilliæ Millefoliæ et Sorbi ad Alteidet, Alten et Bosekop Finmarkiæ mense Juli (Zetterstedt).
Var. b Zett. ibidem.

Fam. LXXIII. *Halomenidæ Thoms.*

Orchesia Latr.

Hallomenus Gyll.

1. *Orch. micans* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 2. 532. 6. — Thoms. Col. Sc. 6. 311. 2.
Hab. in Fungis Betulæ albæ ad Alteidet et in alpibus inter Alten et Kautokeino Juni—Aug. a Dom. Zetterstedt lecta.

Clinocara Thoms.

Hallomenus Gyll.

1. *Cl. fasciata* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 2. 331. 5. — Thoms. Col. Sc. 6. 308. 1. — Orchesia fasciata Zett. Ins. Sv. 164. 2.
In Værdalia a Dom. Boheman capta.

Hallomenus Hellw.

1. *H. humeralis* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 2. 527. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 311. 1.
Hab. in ligno putrido ad Christianiam in Guulskoven ad Drammen (Collett) et ad Fladmark in Romsdalia, parce.
Var. b mihi, elytris fere totis testaceis, postice tantum fuscescentibus.
Ad Christianiam capta.

2. *H. fuscus* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 2. 528. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 311. 2.
In ligno putrido in Tøien ad Christianiam captus.

Fam. LXXIV. *Seropalpidæ Thoms.*

Carida Muls.

Hallomenus Gyll.

1. *C. affinis* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 2. 529. 3. — Thoms. Col. Sc. 6. 320. 1.
   Hab. sub cortice arborum emortuarum Alni in Grue et Aamot, Juni et Juli. Ad Alteidet Finmarkiæ a Dom. Zetterstedt 30 Juli lecta.
2. *C. flexuosa* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 2. 529. 4. — Zett. Ins. Lap. 164. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 320. 2.
   Hab. in Fungis betulinis ad Gibostad Nordlandiæ et Alteidet Finmarkiæ Juli freqvens a Dom. Zetterstedt lecta.

Xylota Payk.

Dircæa Gyll.

1. *X. lævigata* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 2. 517. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 321. 1.
   In Tryvandshøiden ad Christianiam a Dom. Collett et in Modum a Dom. Moe lecta.

Fam. LXXV. *Melandryidæ Thoms.*

Melandrya Fabr.

1. *M. canaliculata* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 2. 535. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 325. 2.
   In parochia Elverum a Dom. præfectu eqvitum B. Lund lecta.

Fam. LXXVI. *Salpingidæ Thoms.*

Salpingus Gyll.

1. *S. ater* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 2. 642. 3. — Thoms. Col. Sc. 6. 329. 1.
   Ad Christianiam in Tøien, ad Bergen (Schneider) captus.

In Nordlandia ad Bjørkvik a Dom. Zetterstedt 14 Juli lectus.

2. *S. Piceæ* Germ. — Thoms. Col. Sc. 6. 330. 2.
Ad Christianiam in Dronningbjerget in peninsula Ladegaardsøen rarius lectus.

3. *S. denticollis* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 3. add. 715. 5. — Thoms. Col. Sc. 6. 332. 5.
Ad Christianiam in Fæstningen lectus.

4. *S. cursor* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 4. add. 716. 6. — Thoms. Col. Sc. 6. 332. 6.
In Bækkelaget ad Christianiam mense Juni captus.

Rhinosimus Latr.

Salpingus Gyll.

1. *Rh. planirostris* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 2. 641. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 333. 1.
Hab. sub cortice Populi et Betulæ ad Christianiam mense Marts et April lectus; ad Vossevangen a Dom. Schneider inventus.

2. *Rh. ruficollis* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 640. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 333. 2.
Ad Christianiam sub cortice Populi et Ulmi hibernans, Marts et April captus; in Guulskoven ad Drammen a Dom. Collett inventus.

Fam. LXXVII. *Pythonidæ Thoms.*

Pytho Latr.

1. *P. depressus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 509. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 335. 1.
Hab. sub cortice arborum emortuarum Abietis ad Christianiam et ad Ormem in Romsdalia.
Var. b, c, d et f Gyll. ad Christianiam inventæ.

Fam. LXXVIII. *Pyrochroidæ Thoms.*

Pyrochroa Gyll.

1. *P. pectinicornis* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 507. 3. — Thoms. Col. Sc. 6. 339. 2.
Hab. in foliis Salicis ad Kongsvinger, in Grue in Solør et Løiten Hedemarkiæ, ad Fogstuen in alpe Dovre (in via ambulans), in Guulskoven ad Drammen a Dom. Collett et a Dom. Schneider in Fagerfjeld in Strandebarm lecta. In silvis Betulinis Finmarkiæ ad Gamstentind in alpibus adjacentibus ad Alteidet pluries a Dom. Zetterstedt lecta.

Fam. LXXIX. *Meloidæ Thoms.*

Meloe Lin.

1. *M. brevicollis* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 485. 4. — Thoms. Col. Sc. 6. 341. 1.
Hab. in gramine locis aridis ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard), in parochia Enebak et ad Bergen (Schneider).
Var. b Gyll. ad Christianiam capta.

Cnestocera Thoms.

Meloe Gyll.

1. *Cn. Proscarabæus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 482. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 342. 1.
Ad Christianiam mense April—Juni, ad Bergen (Sølsberg) captus.
Var. b Gyll. in Christiania mense Mai capta.
2. *Cn. violacea* Marsh. — Gyll. Ins. Sv. 2. 483. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 342. 2.
Ad Christianiam mense Mai, ad Sarpsborg (Grimsgaard) et in Valders lecta, passim.
Var. b Gyll. in Tøien ad Christianiam.

Fam. LXXX. *Stenotrachelidæ Thoms.*

Stenotrachelis Latr.

Calopus Latr.

1. *St. æneus* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 2. 513. 2. — Thoms. Col. Sc. 6. 346. 1.
Hab. in muris domuum ad Christianiam; in trunco emortuo Betulæ ad Jerkin 27 Juli; in Drivdalen a Dom. Moe captus.

Fam. LXXXI. *Calopodidæ Thoms.*

Calopus Fabr.

1. *C. serraticornis* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 511. 1. – Thoms. Col. Sc. 6. 349. 1.
Hab. in truncis putridis ad Christianiam in Tøien (ipse), in Homansby (Schneider) et ad Sarpsborg (Grimsgaard).

Fam. LXXXII. *Oedemeridæ Thoms.*

Nacerdes Stevens.

Necydalis Gyll.

1. *N. melanura* Lin. — Thoms. Col. Sc. 6. 351. 1. — N. Lepturoides Gyll. Ins. Sv. 2. 627. 1.
Ad Christianiam in floribus Umbellatarum et ad Sarpsborg (Grimsgaard) lecta, passim.
Var. b Gyll. ad Christianiam capta.

Chrysanthus Schmidt.

Necydalis Gyll.

1. *Chr. viridis* Redt. — Thoms. Col. Sc. 6. 354. 2. — N. viridissima Gyll. Ins. Sv. 2. 632. 5.
Hab. in floribus pratrorum ad Christianiam, in Bærum, Nordrehaug, Aurdal, Modum, Elverum, Aamot et ad Drammen (Collett).

Var. b Gyll. ad Christianiam et in Modum inventa.

2. *Chr. viridissima* Lin. — Thoms. Col. Sc. 6. 353. 1. — N. thalassina Gyll. Ins. Sv. 2. 631. 4.
Hab. in floribus Plantaginis aliarumqve plantarum ad Christianiam et in Modum, Juli et Aug., passim.

Oedemera Oliv.

Necydalis Gyll.

1. *Oe. flavipes* Fabr. — Thoms. Col Sc. 6. 356. 3. — N. clavipes Gyll. Ins. Sv. 2. 637. 8.
Hab. in floribus, præsertim Taraxaci ad Christianiam freqvens.
2. *Oe. virescens* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 638. 9. — Thoms. Col. Sc. 6. 356. 5.
Hab. in floribus freqvens ad Christianiam, in Lier (Collett), ad Lillehammer, in Odalen, Fron et in insula Smølen, Juni —Aug.
3. *Oe. lurida* Marsh. — Gyll. Ins. Sv. 2. 639. 10. — Thoms. Col. Sc. 6. 357. 6.
In floribus ad Christianiam, in Nordrehaug, Aurdal et Øier capta, freqvens.

Fam. LXXXIII. *Anthicidæ Thoms.*

Notoxus Geoffr.

Anthicus Gyll.

1. *N. monoceros* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 490. 1. — Thoms. Col. Sc. 6. 359. 1.
Hab. in floribus locis aridis ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard), in Hvaløerne (Collett), ad Fredriksværn et in parochia Modum, Juni et Juli, non freqvens.
Var. c Thoms. in Bækkelaget ad Christianiam capta.

Anthicus Payk.

1. *Anth. floralis* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 2. 495. 6. — Thoms. Col. Sc. 6. 360. 1.

Hab. in gramine ad Christianiam in Tøien, Homansby (Schneider) parce.

2. *Anth. humilis* Germ. — Thoms. Col. Sc. 6. 362. 5. — A. nigrinus
In Norvegia a Dom. Boheman capta (Thomson).

3. *Anth. flavipes* Panz. — Thoms. Col. Sc. 6. 363. 7. — Anth. rufipes Gyll. Ins. Sv. 2. 497. 2.
Hab. sub fucis ad ripas maris in Bækkelaget ad Christianiam; mense Juni captus.

4. *Anth. ater* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 2. 494. 5. — Thoms. Col. Sc. 6. 366. 10.
In Tøien ad Christianiam captus.

Fam. LXXXIV. *Xylophilidæ Thoms.*

Xylophilus Latr.

Anthicus Gyll.

1. *X. populneus* Panz. — Gyll. Ins. Sv. 2. 500. 10. — Thoms. Col. Sc. 6. 369. 2.
Hab. sub cortice Populi dilatati ad Christianiam, non parce, Mai.

2. *X. oculatus* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 2. 501. 11. — Thoms. Col. Sc. 6. 370. 3.
Hab. in floribus in prædio Linderud ad Christianiam.

Series XII. Rynchophori Latr.

Fam. LXXXV. *Bruchidæ Thoms.*

Bruchus Lin.

1. *Br. atomarius* Lin. — Thoms. Col. Sc. 7. 7. 1. — B. granarius Gyll. Ins. Sv. 3. 11. 1.
Hab. in floribus Geranii et Orobi tuberosi ad Christianiam, non infreqvens.
Var. b Gyll. ad Christianiam capta.

2. *Br. Loti* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 3. 13. 2. — Thoms. Col. Sc. 7. 8. 2.
Ad Christianiam in floribus Viciæ, Loti corniculati, Calthæ etc., non infreqvens; ad Kjølen in Hoff in Solør etiam lectus.

Fam. LXXXVI. *Anthribidæ Thoms.*

Brachytarsus Schønh.

Anthribus Gyll.

1. *Br. varius* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 10. 8. — Thoms. Col. Sc. 7. 16. 1.
Hab. in foliis Betulæ albæ ad Christianiam rarius.

Anthribus Geoffr.

1. *Anth. albinus* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 3. 3. 2. — Thoms. Col. Sc. 7. 18. 1.
Hab. in truncis arborum emortuarum et sub cortice Betulæ albæ ad Christianiam in Bækkelaget et Sindsen, in Eker (Collett), ad Rognstenen juxta Krogkleven in Ringerike, ad Ous in Odalen, ad Kongsvinger et ad Laurgaard in Sell Gudbrandsdaliæ.

Platyrhinus Clairv.

Anthribus Gyll.

1. *Pl. latirostris* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 1. 1. — Thoms. Col. Sc. 7. 18. 1.
Hab. in truncis arborum emortuarum Betulæ, in Boletis et in foliis Betulæ ad Rognstenen juxta Krogkleven, in Odalen a Dom. Cand. Schøien, ad Aaset in parochia Aamot Østerdaliæ, nec non ad Mandal (Sølsberg).

Fam. LXXXVII. *Attelabidæ Thoms.*

Apoderus Oliv.

Attelabus Gyll.

1. *Ap. Coryli* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 3. 16. 1. — Thoms. Col. Sc. 7. 27. 1.

Hab. in foliis Coryli ad Christianiam, ad Drammen (Collett), ad Næs Værk (Schneider), in Gjemsø ad Skien (Sølsberg), in Nordrehaug, in Valders (Printz), in Odalen, Solør et Fron, non infreqvens.

Var. b, c et d Gyll. atqve *var. e Thoms.* ad Christianiam inventæ.

Byctiscus Thoms.

Rhynchites Gyll.

1. *B. Populi* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 3. 21. 2. — Thoms. Col. Sc. 7. 29. 1.
   Hab. in foliis Populi tremulæ ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard), ad Fredriksværn, in parochiis Røken, Nordrehaug, Aurdal, Enebak, Odalen, Aamot et Fron.
   Var. b et c Gyll. ad Christianiam captæ.
2. *B. Betuleti* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 3. 19. 1. — Thoms. Col. Sc. 7. 29. 2.
   In foliis Betulæ et Populi ad Christianiam, Sarpsborg (Grimsgaard), Næs Værk (Schneider), Drammen et in Modum (Collett), in Nordrehaug, Aamot et Gausdal inventus, Juni et Juli.
   Var. b, c et d Gyll. ad Christianiam inventæ.

Rhynchites Herbst.

1. *Rh. cupreus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 3. 24. 4. — Thoms. Col. Sc. 7. 32. 2.
   Hab. in foliis Betulæ ad Christianiam, in Valders (Printz) et in Aamot Østerdaliæ.
   Var. b Gyll. ad Christianiam capta.
2. *Rh. Alliariæ* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 3. 26. 6 — Thoms. Col. Sc. 7. 35. 5.
   Hab. in foliis Betulæ, Rubi saxatilis et Melilothi ad Christianiam, parce.
3. *Rh minutus* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 3. 27. 7. — Thoms. Col. Sc. 7. 35. 6.

Hab. in foliis Betulæ albæ et Coryli ad Christianiam et in parochia Nordrehaug.

4. *Rh. nanus* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 3. 28. 8. — Thoms. Col. Sc. 7. 36. 7.
Hab. in foliis Betulæ albæ in Odalen, Aamot et Fron; Juni et Juli.

5. *Rh. megacephalus* Grav. — Thoms. Col. Sc. 7. 37. 9.
In Betula alba ad Bergen et in Strandebarm et Østensø in Hardangeria a Dom. Schneider captus.

6. *Rh. Betulæ* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 3. 29. 9. — Thoms. Col. Sc. 7. 38. 10.
Hab. in foliis Betulæ albæ ad Christianiam, Sarpsborg (Grimsgaard), in Lier (Collett), Nordrehaug, Krydsherred, Land, Aurdal, Røken, Enebak, Odalen, Kongsvinger, Solør, Østerdalen, Lillehammer; ad Bergen et in Hardangeria (Schneider) et a Dom. Zetterstedt usqve ad Alten Finmarkiæ lectus.

Fam. LXXXVIII. *Apionidæ Thoms.*

Apion Herbst.

1. *Ap. frumentarium* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 3. 32. 1. – Thoms. Col. Sc. 7. 41. 1.
Hab. in gramine ad Christianiam, Sarpsborg (Grimsgaard), Drammen et in insula Dolmø juxta Hitteren; ad Stavanger et in parochiis Grue, Hoff et Store Elvedalen, nec non in alpe Dovre ad Fogstuen, Juni et Juli. In plantis littoralibus Nordlandiæ passim; ad Andenæs et Lyngen a Dom. Zetterstedt etiam lectum.

2. *Ap. rubens* Steph. — Thoms. Col. Sc. 7. 42. 2.
In Tøien ad Christianiam captum.

3. *Ap. sangvineum* De Geer. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 543. 25. — Thoms. Col. Sc. 7. 44. 4.
Hab. in gramine ad Christianiam, Juni et Juli.

4. *Ap. violaceum* Kirby. — Thoms. Col. Sc. 7 45. 5. — Ap. Hydrolapathi Gyll. Ins. Sv. 4. app. 546. 34.

Ad Christianiam et in parochia Hoff in Solør captum, Juni et Juli.

5. *Ap. Marchicum* Herbst. — Thoms. Col. Sc. 7. 46. 6. — Ap. violaceum Gyll. Ins. Sv. 4. app. 546. 34.
Hab. in gramine ad Christianiam et in Solør, Juni freqvens.
Var. b Gyll. in Odalen et Hoff lecta.

6. *Ap. humile* Germ. — Gyll. Ins. Sv. 4. 545. 31. — Thoms. Col. Sc. 7. 48. 8.
Ad Christianiam in Tøien et Bækkelaget lectum, freqvens.

7. *Ap. vicinum* Kirby. — Thoms. Col. Sc. 7. 52. 13. — Ap. Loti Gyll. Ins. Sv. 3. 60. 28.
Ad Christianiam lectum, parce.

8. *Ap. vernale* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 536. 14. — Thoms. Col. Sc. 7. 54. 16.
Hab. in Urtica dioica in Tøien ad Christianiam.

9. *Ap. confluens* Kirby. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 531. 6. — Thoms. Col. Sc. 7. 57. 19.
Etiam in Tøien ad Christianiam inventum.

10. *Ap. carduorum* Kirby. — Thoms. Col. Sc. 7. 57. 20. — Ap. gibbirostre Gyll. Ins. Sv. 4. app. 585. 12.
Ad Christianiam non parce repertum.

11. *Ap. Viciæ* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 538. 17. — Thoms. Col. Sc. 7. 59. 22.
Ad Christianiam freqvens; in Hoff in Solør etiam lectum. In insula Haksteen prope Skjervø et ad Andenæs Nordlandiæ freqventer a Dom. Zetterstedt lectum.

12. *Ap. varipes* Germ. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 538. 8. — Thoms. Col. Sc. 7. 60. 23.
Hab. sub lapidibus mense April ad Christianiam, parce.

13. *Ap. Bohemani* Schønh. — Thoms. Col. Sc. 7. 61. 25. — Ononidis Gyll. Ins. Sv. 4. app. 539. 19.
Hab. in floribus Ononidis hircinæ in Bækkelaget ad Christianiam, rarius.

14. *Ap. apricans* Herbst. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 540. 20. — Thoms. Col. Sc. 7. 61. 25.

Hab. sub lapidibus mense April et in gramine Juni—Aug. ad Christianiam vulgare; ad Kongsvinger, Grue et Hoff in Solør et ad Jerkin in alpe Dovre etiam inventum.

15. *Ap. æstivum* Germ. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 541. 22. — Thoms. Col. Sc. 7. 64. 28.
Hab. sub lapidibus tempore vernali et postea in gramine ad Christianiam, Kongsvinger, in Odalen, Grue, Hoff, Elverum, Aamot et Fron, freqvens.

16. *Ap. assimile* Kirby. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 541. 21. — Thoms. Col. Sc. 7. 65. 29.
In gramine ad Christianiam, in Odalen et Grue, non infreqvens.

17. *Ap. flavipes* Kirby. — Gyll. Ins. Sv. 3. 36. 5. — Thoms. Col. Sc. 7. 65. 30.
In Trifolio ad Christianiam freqventer occurrit; in Hvaløerne (Collett), in Odalen, Hoff, Grue, tota Østerdalia, Fron et insula Smølen etiam inventum.

18. *Ap. unicolor* Kirby. — Thoms. Col. Sc. 7. 69. 35.
Ad Christianiam captum (Thomson).

19. *Ap. Ervi* Kirby. — Gyll. Ins. Sv. 3. 55. 23. — Thoms. Col. Sc. 7. 72. 37.
Ad Christianiam in Tøien captum.
Var. b Gyll. ad Christianiam etiam lecta.

20. *Ap. virens* Herbst. — Thoms. Col. Sc. 7. 79. 46. — Ap. æneocephalum Gyll. Ins. Sv. 3. 49. 16.
Hab. ad Christianiam et in alpe Dovre ad Drivstuen. April —Juli.

21. *Ap. Astragali* Payk. — Gyll. Ins. Sv. 3. 44. 11. — Thoms. Col. Sc. 7. 80. 47.
Hab. in foliis Astragali glycyphylli ad Christianiam et in parochia Modum (Moe), non infreqvens.

22. *Ap. æthiops* Herbst. — Thoms. Col. Sc. 7. 81. 48. — Ap. marchicum Gyll. Ins. Sv. 4. app. 546. 33.
Hab. ad Christianiam in Tøien, in insulis Hvaløerne (Collett), in Odalen, Hoff, et ad Vestgaard in Store Elvedalen. Mai—Juli. Per totam Nordlandiam etiam freqvens (Zetterstedt).

Var. b Gyll. in Odalen 6 Juni capta.

23. *Ap. intrusum* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 550. 44. — Thoms. Col. Sc. 7. 82. 50.
Ad Christianiam inventum.

24. *Ap. Sundevalli* Schønh. — Thoms. Col. Sc. 7. 83. 51. — Ap. cyaneum Gyll. Ins. Sv. 3. 45. 12.
Hab. ad Christianiam, in Odalen, Grue, Hoff, Elverum et in insula Smølen, Juli et Aug.

25. *Ap. vorax* Herbst. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 549. 42. — Thoms. Col. Sc. 7. 85. 54.
Ad Christianiam parce in Tøien captum.

26. *Ap. Craccæ* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 3. 38. 6. — Thoms. Col. Sc. 7. 87. 56.
Hab. in Vicia ad Christianiam freqvens; in Odalen, Grue, Hoff et Aamot etiam captum.

27. *Ap. Cerdo* Gerstrecker. — Thoms. Col. Sc. 7. 87. 57.
In insula Ormøen prope Christianiam captum; Aug.

28. *Ap. subulatum* Kirby. — Gyll. Ins. Sv. 4. app. 530. 2. — Thoms. Col. Sc. 7. 88. 58.
Etiam in Ormøen ad Christianiam lectum, Aug.

Fam. LXXXIX. *Curculionidæ Thoms.*

Sitones Schønh.

Curculio Gyll.

1. *S. sulcifrons* Thunbg. — Thoms. Col. Sc. 7. 96. 1. — C. tibialis Gyll. Ins. Sv. 3. 283. 16.
Hab. ad Christianiam et ad Vestgaard in Store Elvedalen.
Var b Gyll. ad Christianiam in Tøien capta.

2. *S. flavescens* Marsh. — Thoms. Col. Sc. 7. 97. 2. — C. canenus Gyll. Ins. Sv. 3. 297. 13.
Hab. sub lapidibus et in gramine ad Christianiam freqvens; ad Drammen et in Bakkejordet in Gudbrandsdalia (Collett),

ad Vestgaard in Store Elvedalen et in insula Smølen et ad Veblungsnæs in Romsdalia etiam lectus.

Var. c (mihi); totus pallidi flavescens.

In Tøien ad Christianiam lecta.

3. *S. lineatus* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 3. 281. 15. — Thoms. Col. Sc. 7. 99. 4.

Ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard), in Hvaløerne (Collett), ad Lillehammer et in parochiis Nordrehaug et Grue, nec non in insula Smølen inventus.

Var. b Gyll. et c Thoms. ad Christianiam repertæ.

4. *S. tibialis* Hbst. -- Thoms. Col. Sc. 7. 100. 5. — C. lineellus Gyll. Ins. Sv. 3. 281. 15.

Ad Christianiam freqventer occurrit; in Hvaløerne (Collett), ad Kongsvinger, in parochiis Grue, Hoff et Store Elvedalen etiam inventus.

Var. b et c Thoms. ad Christianiam lectæ.

Var. c (mihi); totus niger, sqvamulis nempe detritis, magnitudine minore.

In Tøien ad Christianiam inventa.

Polydrosus Germ.

Curculio Gyll.

1. *P. micans* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 328. 49. -- Thoms. Col. Sc. 7. 105. 1.

Hab. in foliis Pruni Padi et Coryli ad Christianiam in Tøien, Kværner, Bækkelaget, Frogner (Schneider), non infreqvens; in Haukeland ad Bergen Sølsberg et ad Horgheim in Romsdalia, Juni—Aug. etiam lectus.

Var. b Gyll. in Bækkelaget ad Christianiam inventa.

Var. c mihi; totus niger, antennis pedibusqve rufis.

In Bækkelaget ad Christianiam inventa.

2. *P. flavipes* De Geer. — Gyll. Ins. Sv. 3. 271. 8. — Thoms. Col. Sc. 7. 105. 2.

Hab. in foliis Pruni Padi et Betulæ albæ ad Christianiam minus freqvens.

3. *P. undatus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 275. 11. — Thoms. Col. Sc. 7. 105. 5.
Hab. in foliis Alni, Betulæ et Pruni Padi ad Christianiam, Sarpsborg (Grimsgaard), in parochiis Aadalen, Hole Ringerikiæ, Røken, Lier, Enebak, Odalen, Modum et Skedsmo (Collett), ad Lillehammer, in Østerdalia et Romsdalia, nec non ad Bergen atqve in Hardangeria (Schneider).
Var. b Gyll. ad Christianiam capta.
4. *P. fulvicornis* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 276. 12. — Thoms. Col. Sc. 7. 108. 6.
Hab. in foliis Alni; ad Christianiam, in parochia Lier et ad Lillehammer lectus, non infreqvens. A Dom. Collett in Losby in Lørenskoven; a Dom. Schneider ad Bergen et in Hardangeria et a Dom. Zetterstedt in insulis maritimis Nordlandiæ, Hindø, Senjen et Skjervø passim copiose lectus.
5. *P. cervinus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 3. 332. 52. — Thoms. Col. Sv. 7. 109. 7.
Hab. in foliis Alni et Betulæ ad Christianiam, in insulis Hvaløerne (Collett), in Nordrehaug, Aadalen et Odalen, non infreqvens, Juni–Aug.
Var. b et c Gyll. ad Christianiam captæ.

Phyllobius Schønh.

Curculio Gyll.

1. *Ph. oblongus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 3. 334. 53. — Thoms. Col. Sc. 7. 111. 2.
Hab. in Pruno Pado et Urtica in Kalfaret, Leite et Nordnæs ad Bergen (Schneider).
2. *Ph. Pomonæ* Oliv. — Thoms. Col. Sc. 7. 112. 3. — C. parvulus Gyll. Ins. Sv. 3. 272. 9.
Hab. in foliis Betulæ ad Christianiam, Kongsvinger, in Grue, Elverum, Aamot et ad Laurgaard in parochia Sell Gudbrandsdaliæ, passim Juni et Juli.
Var. c Gyll. in parochia Grue lecta.

3. *Ph. Pyri* Lin. — Thoms. Col. Sc. 7. 112. 4. — C. Mali Gyll. Ins. Sv. 3. 330. 51.
Hab. in foliis Alni ad Christianiam, ad Drammen et in Hvaløerne (Collett), ad Kongsvinger, in Odalen, Grue, Hoff et Vaage, passim Juni et Juli.
Var. b Gyll. ad Christianiam et in parochia Grue et Odalen.
Var. c Gyll. ad Kongsvinger,
Var. d Gyll. ad Drammen (Collett) et in parochia Grue in Solør lecta.
4. *Ph. Alneti* Fabr. — Thoms. Col. Sc. 7. 113. 5. — C. Pyri Gyll. Ins. Sv. 3. 323. 46.
Hab. in foliis Salicis ad Christianiam, ad Sarpsborg (Grimsgaard) et ad Næs Værk (Schneider).
5. *Ph. argentatus* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 3. 324. 47. — Thoms. Col. Sc. 7. 115. 7.
Hab. in foliis Betulæ ad Christianiam freqvens; ad Drammen (Collett), in parochiis Nordrehaug, Vang in Valders, Odalen et Elverum, nec non ad Bergen et in Strandebarm (Schneider) etiam repertus.
Var. b, c et d Gyll. ad Christianiam lectæ.
6. *Ph. maculicornis* Gyll. -- Gyll. Ins. Sv. 4. app. 617. 47—48. — Thoms. Col. Sc. 7. 116. 8.
Hab. in foliis Alni ad Christianiam et in Modum; ad Bergen (Schneider).

Othiorhynchus Germ.

Curculio Gyll.

1. *Oth. maurus* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 3. 293. 24. — Thoms. Col. Sc. 7. 120. 3.
Hab. sub lapidibus ad Christianiam, Sarpsborg (Grimsgaard), ad Drammen (Collett), in Odalen (Cand. Schøyen), in Aamot, Tyldalen, Fron Gudbrandsdaliæ et in alpe Dovre sat freqvens; a Dom. Collett in alpe Filefjeld, in insula Dolmø, ad Hammerfest et in Kistrand ad Porsangerfjord in Finmarkia lectus.

2. *Oth. blandus* Schønh. — Thoms. Col. Sc. 7. 121. 4. — C. lævigatus Gyll. Ins. Sv. 3. 292. 33.
Hab. sub lapidibus in alpe Dovre, in Dokken ad Bergen (Schneider), in Nordlandia et Finmarkia usqve ad Nordkap (Collett).
3. *Oth. Septentrionis* Herbst. — Thoms. Col. Sc. 7. 123. 6. — C. setosus Gyll. Ins. Sv. 3. 298. 28.
Hab. sub lapidibus ad Christianiam, Fredrikshald, Sandefjord, Drammen (Collett), Næs Værk et in Hardangeria (Schneider), passim.
4. *Oth. picipes* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 317. 42. — Thoms. Col. Sc. 7. 123. 7.
Ad Christianiam sub lapidibus lectus; ad Drammen (Collett), Sarpsborg (Grimsgaard) et ad Næs Værk et Bergen (Schneider) etiam repertus.
5. *Oth. raucus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 297. 27. — Thoms. Col. Sc. 7. 124. 9.
Hab. sub lapidibus locis arenosis ad Christianiam non infreqvens; ad Sarpsborg (Grimsgaard), ad Lillehammer, in Odalen et Elverum, ad Bergen et in Hardangeria (Schneider), in Gudbrandsdalen, in Jæderen, in insula Dolmø et ad Tromsø (Collett) etiam inventus.
Var. b Gyll. ad Christianiam lecta.
6. *Oth. lepidopterus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 315. 40. — Thoms. Col. Sc. 7. 125. 11.
Hab. sub lapidibus et in foliis Rubi idæi ad Christianiam, ad Drammen et in Lier (Collett), in Modum, Odalen, Østerdalen, Gudbrandsdalen, in alpe Dovre ad Jerkin et Drivstuen, in Valders et Strandebarm (Schneider) et ad Garnæs in Værdalen (Boheman).
7. *Oth. ovatus* Lin. – Gyll. Ins. Sv. 3. 320. 44. — Thoms. Col. Sc. 7. 125. 12.
Sub lapidibus ad Christianiam freqvens; in Aamot, Øier, Vaage, Valders et ad Bjøberg in alpe Hemsedalsfjeld, in Hvaløerne et Jæderen (Collett), ad Bergen (Schneider) etiam captus.
Var. b Gyll. ad Christianiam lecta.

8. *Oth. rugifrons* Gyll. — Gyll. Ins. Sv. 3. 319. 43. — Thoms. Col. Sc. 7. 126. 13.
Hab. sub lapidibus ad Christianiam, in parochiis Fron et Vaage Gudbrandsdaliæ, in alpe Dovre ubiqve, ad Bergen (Schneider). ad Tromsø (Collett) et ad Andenæs et Talvig Finmarkiæ (Zetterstedt).
9. *Oth. Ligustici* Lin. — Gyll. Ins. Sv. 3. 310. 36. — Thoms. Col. Sc. 7. 127. 15.
Hab. sub lapidibus ad Christianiam, in Hvaløerne et ad Drammen (Collett), in parochia Odalen (Schøyen) et ad Bergen (Sølsberg).
Var. b Gyll. ad Christianiam inventa.
10. *Oth. sulcatus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 313. 38. — Thoms. Col. Sc. 7. 127. 16.
Ad Fogstuen in alpe Dovre mense Juli, ad Bergen (Schneider) parce captus.

Barynotus Germ.

Curculio Gyll.

1. *B. obscurus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 294. 24. — Thoms. Col. Sc. 7. 128. 1.
Hab. in gramine ad Christianiam, Sarpsborg (Grimsgaard), in Odalen (Schøyen), ad Lillehammer; Bergen et Hardanger (Schneider), non infreqvens.
2. *B. moerens* Fabr. — Thoms. Col. Sc. 7. 142. 2 — C. Bohemani Gyll. Ins. Sv. 4. app.' 611. 25—26.
Ad Sarpsborg (Grimsgaard), ad Bergen (Schneider) et ad Rise in parochia Opdal (Boheman) lectus.
3. *B. Schønherri* Zett. — Zett. Ins. Sv. 187. 7. — Thoms. Col. Sc. 7. 129. 3.
Hab. sub lapidibus locis arenosis et in arena volatile; ad Sarpsborg (Grimsgaard), ad Grunset in Elverum, ad Ormem, Fladmark et Veblungsnæs in Romsdalia, in Fron Gudbrandsdaliæ (Collett) et in alpe Dovre (Boheman), parce, Juli et Aug.

Trachyphloeus Schønh.

Curculio Gyll.

1. *Tr. scaber* Lin. — Thoms. Col. Sc. 7. 131. 2. — C. scabriculus Gyll. Ins. Sv. 3. 309. 35.
   Hab. sub lapidibus freqvens ad Christianiam, Drammen (Collett), Sarpsborg (Grimsgaard) et in parochia Odalen.
   Var. b Gyll. ad Christianiam capta.
2. *Tr. scabriculus* Lin. — Thoms. Col. Sc. 7. 133. 4. — C. spinimanus Gyll. Ins. Sv. 4. app. 614. 35—36.
   Ad Christianiam in Tøien et in alpe Dovre ad Fogstuen.

Cneorhinus Schønh.

Curculio Gyll.

1. *Cn. geminatus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 302. 31. — Thoms. Col. Sc. 7. 135. 1.
   Ad Christianiam et a Dom. Collett in insulis Hvaløerne inventus, parce.

Strophosomus Schønh.

Curculio Gyll.

1. *Str. Coryli* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 304. 32. — Thoms. Col. Sc. 7. 137. 2.
   Hab. sub lapidibus ad Christianiam, Sarpsborg, Drammen (Collett), in Nordrehaug, Modum, Odalen, ad Kongsvinger, in Østerdalia, ad Lillehammer, in Fron (in Alno), ad Veblungsnæs Romsdaliæ, in parochia Sunddalen, ad Jerkin in alpe Dovre; ad Bergen, Vossevangen et in parochia Eidfjord Hardangeriæ (Schneider), passim minus freqvens, Juni—Aug.
   Var. b et c Thoms. (var. c et d Gyll.) ad Christianiam.
2. *Str. obesus* Marsh. — Thoms. Col. Sc. 7. 138. 3. — C. Coryli var. b Gyll. Ins. Sv. 3. 304. 32.
   Ad Christianiam captus.
3. *Str. Faber* Herbst. — Thoms. Col. Sc. 7. 140. 5. — C. pilosellus Gyll. Ins. Sv. 3. 300. 29.

Hab. sub lapidibus ad Christianiam in Tøien, in Maridalen (Schneider) passim.

Schiaphilus Schønh.

Curculio Gyll.

1. *Sc. muricatus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 321. 45. — Thoms. Col. Sc. 7. 141. 1.
Hab. sub lapidibus ad Christianiam, ad Aaset in Aamot Østerdaliæ et ad Næs Værk (Schneider).

Omias Germ.

Curculio Gyll.

1. *Om. hirsutulus* Fabr. — Gyll. Ins. Sv. 3. 307. 34. — Thoms. Col. Sc. 7. 142. 1.
15. *Sublimana* HS. 229, IV, p. 242. — Hein. 153. — Pictana Lah. Tort. No. 139 (♀).

Norv. c. rarius, in Blaahø ad Fokstuen nec non in Knudshø ad Kongsvold in alpe Dovre a Dr. Wocke capta, Alp. et Silesiæ incola. Juni—Juli.

16. *Brunnichiana* (S. V. p. 132), Froel. No. 93. — Hein. 149. — Profundana Hb. 21. — Rusticana Hw. p. 112.

Norv. m. passim: In Kalfaret ad Bergen semel capta (Sch., Tussilago farfara ad Bergen non provenit). Circa Christianiam fere ubique frequens: Ryenbjerg (Sieb.), Ladegaardsø, Vestre Aker, Sandviken copiose (Sch.). Juni. Larva: Tussilago farfara (Hein.).

17. *Aspidiscana* Hb. 256. — Hein. 172. — Aspidana Froel. No. 231. — Dahlbomiana Zett. Ins. Lapp. 987. — Nebritana HS. 241.

Ad Stabæk prope Christianiam 16 Jun. rar. a Siebke capta. Ad Bjørkvik Nordlandiæ a prof. Zetterstedt lecta, mense Julio. A Dr. Wocke ad Bossekop 6 Jun. rarissime observata. Juni—Juli.

18. *Roseticolana* Z. Stett. e. Z. 1849, 253. — Hein. 178.

Feminam in Kalfaret ad Bergen d. 10 Jun. 1871 Schneider legit. In Suecia, quantum scio, nondum observata.

19. *Hypericana* Hb. 23. — Hein. 177.

Norv. m. or. et c. passim: Ad Næs Værk rar. (Sch.). Ad Christ. in Linderud, Ryenbjerg nec non in Vestnæs Romsdaliæ a Siebke inventa. Juni—Juli. Larva: Hypericum perforatum (Hein.).

20. *Corollana* Hb. 282. — Hein. 184.

In Kværner ad Christianiam spec. unicum 1 Jun. 1851 Siebke invenit. Larva: Pop. tremula (Hein.).

21. *Cosmophorana* Tr. X, 3. 124. — Hein. 190. — Dalecarliana Zett. Ins. Lapp. 986.

In horto botanico ad Christianiam d. 5 Jul. rarissime lecta (Sieb.). Larva: Pinus (Hein.).

22. *Coniferana* Ratzeb. Forst. Ins. p. 217, T. 12. 1. — Hein. 187. — Separatana HS. 322.

Ad Bossekop in parochia Alten semel a Dr. Wocke lecta, 16 Jul. Larva in cortice Pini (Hein.).

23. *Compositella* F. S. E. 663. — Hein. 184. — Gundiana Hb. 42. — Composana Hw. 447.

Ad Christianiam in Tøien, ad Skøien in par. Land nec non in Odalen a Siebke capta. Juni—Juli.

24. *Duplicana* Zett. Ins. Lapp. 986. — Hein. 188. — Germinana Zett. l. c. 987. — Interruptana HS. 280, IV, p. 269. — Dorsana Ratz. Forst. Ins. p. 216, T. 12. 6.

In Ryenbjerg ad Christianiam 4 Jun. 1846 rar. (Sieb.). Ad Drivstuen in alpe Dovre 22 Jul. rarissime a Dr. Wocke lecta. Spec. sing. ad Bossekop Finmarkiæ Zetterstedt invenit, postea Dr. Wocke ind. duo eodem loco cepit Juli—August. Larva: Abies excelsa (Hein.).

25. *Perlepidana* Hw. Lep. Br. 458. — Hein. 183. — Loderana Tr. X, 3. 121. — Lathyrana HS. 265. — ? Hb. 207. — Schrankiana Froel. No. 206.

Hab. in Norvegia mer. orient. rarissime, in par. Edsberg semel mens. Jul. a Siebke capta. Larva: Orobus niger (Hein).

26. *Dorsana* F. S. E. 654. — Hein. 182. — Lunulana Schiff. S V. p. 127. — Hb. 55. — Megerleana Froel. 203. — Jungiana Froel. No. 200.

Norv. m. or. in pratis apricis passim: Ad Christianiam in Vestre Aker haud rara, certis annis (1873) copiose (Sch.). In par. Løiten Hedemarkiæ (Wocke). Mai—Juni. Larva: Pisum (Hein.).

27. *Phacana* Wocke Stett. e. Z. 1864, p. 207.

Hæc. species, Norv. c. mont. propria, in pratis ad Kongsvold in alpe Dovre in Phaca astragalina, oroboides et alpina mense Julio 1862 a Dr. Wocke detecta est, ibidem anno 1873 a Siebke reinventa.

Obs. Spec. in Hægdehaugen ad Christianiam 7 Mai 1874 a Schneider lectum a Dr. Staudinger ad *Gr. crenanam* Hb. dubie relatum.

Carpocapsa Tr.

1. *Pomonella* L. S. N. X, 538, F. S. No. 1418. — Hein. 194. — Pomonana Schiff. S. V. p. 126. — Hb. 30. — Pomana F. S. E. 653.

Norv. m. or. passim: Ad Christianiam a Siebke capta. Odalen rar. (Schøyen). Imago fere semper solitarie occurrit, larva certis annis copiosissime. Verosimile in tota Norv. merid. occurrit, spec. e Norv. m. or. tantum vidi.

Phtoroblastis Ld.

1. *Fimbriana* Hw. Lep. Br. p. 446. — Hein. 198.

Spec. unicum in trunco Populi ad Throndhjem 15 Mai a Dr. Wocke captum. Larva: Quercus, in ligno putrido (Heinemann).

2. *Populana* F. Mant. II, App. 382. — Hein. 202. — Ephippana Hb 246.

In horto botanico ad Christianiam sub finem Julii haud infrequens a Siebke inventa. Larva: Salix (Hein.).

3. *Rhediella* Cl. Ic. 12, 12. — L. F. S. No. 1405. — Hein. 205. — Daldorfiana Hw. 405. — Aurana Hb 22.

In monte Ryenbjerg nec non in Tøien ad Christianiam a Siebke passim lecta. Juni.

Tmetocera Ld.

1. *Ocellana* (S. V.), Fabr. Mant. II, 228. — Hein. 206. — Comitana Hb. 16.

In horto botanico ad Christianiam, Juli, init. Augusti rarius (Sieb.). Larva in arbusculis et Larice (Hein.).

Steganoptycha HS.

1. *Aceriana* Dup. IV, 83. 12. — Hein. 206.

In Linderud ad Christianiam 9 Jul. rarissime a Siebke capta.

2. *Incarnana* Hw. Lep. Br. p. 435. — Dealbana Froel. No. 107. — Hein. 207.

Ad Bossekop Finmarkiæ semel (2 Jul.) a Dr. Wocke inventa. In horto botanico ad Christianiam 22 Jun. rar. (Sieb.). Næs Værk Juli 1873 (Sch.).

3. *Ramella* L. S. N. X, 540, F. S. No. 1376. -- Hein. 210. — Triquetrana Hb. 280. — Fembriana Stph. III, IV, 116.

Norv. m. or. passim: In Tøien ad Christianiam nec non in par. Elverum a Siebke capta. Juli—August. Larva: Betula alba (Sieb.).

4. *? Corticana* Hb. 270. — Hein. 211. — Communana Stph. III, IV, 139.

In Odalen a Dom. Schøyen lecta (Fort. over Som. i Odalen p. 8, No. 236). Specimina e Norvegia nondum vidi.

5. *Ratzeburgiana* Rtz. Forst. Ins. p. 227, T. 12. 3. — Hein. 212.

In parochia Vestre Aker ad Christianiam rarissime (Schneider).

6. *Ustomaculana* Curt. B. E. VIII, T 376. — Hein. 213.

In mus. Sieb. spec. verosimile ad Christianiam lectum adest.

7. *Vacciniana* Zell. Is. 1846, 248. — Hein. 214. — Myrtillana Westw. Br. M. II, p. 146, T. 89, 15.

In Linderud ad Christianiam spec. unicum 3 Jul. Siebke legit.

8. *Ericetana* HS. 136, IV, p. 276. — Hein. 215. — Flexulana Dup. IX, 265, 8. — Collicolana Hein. Bresl. Z. 1854, p. 2.

Ad Fokstuen in alpe Dovre a Dr. Wocke capta. Juni.

9. *Nemorivaga* Tgstr. Bidr. 88, Anm. 170. — Wk. Stett. e. Z. 1862, p. 65.

Ad Christiansand nec non in monte Blaahø ad Fokstuen in alpe Dovre a Dr. Wocke lecta. Juni—Juli. Larva: Arbutus uva ursi.

10. *Quadrana* Hb. 223. — Hein. 216.

In horto botanico ad Christianiam medio Junii a Siebke lecta. Ad Fokstuen nec non ad Kongsvold in alpe Dovre Jun. init. Jul., ad Bossekop in monte Reipasvara rarissime (Wocke).

11. *Mercuriana* Hb. 322. — Hein. 218. — Monticolana Wlk. 224.

Ad Christianiam rar., in alpe Dovre vulgaris (Sieb.). In alpe Stigfjeld Romsdaliæ haud infr. mens. Aug. a Dr. Wocke reperta. Ad Bossekop nec non in monte Skaaddavara passim, ad Hammerfest copiosissime (Staud., Wocke). Juli—Aug.

12. *Angustana* Hb. 205. — Hein. 219. — Cruciana Zett. Ins. Lapp. 981. — Pullana Ev. F. V. Ur. 502.

Dr. Wocke larvam in Salice in alpe Dovre frequenter legit. Ad Bossekop Finmarkiæ vulgaris (Stgr., Wk.). Juli—Aug.

13. *Cruciana* L. F. S. No. 1333. — Exoecana HS. 363, IV, p. 272. — Hein. 218. — Viminana Gn. Ind. 39. — Angustana Wlk. 116.

Ad Lillehammer nec non in insula Smølen a Siebke capta. August.

14. *Trimaculana* Don. Nat. Hist. XI, T. 369, 1. — Hein. 220.

Spec. ad Christianiam lectum in mus. Siebkei adest.

Phoxopteryx Tr.

1. *Lætana* Fabr. S. E. 649, No. 20. — Harpana Hb. 77. — Hein. 222. — Ramana Froel. No. 243. — Tr. VIII, 235, X, 3. 125.

Circa Christianiam passim, ex gr. in Ryenbjerg, Hovind, Tveten, Jun.—Jul. (Sieb.).

2. *Diminutana* Hw. Lep. Br. p. 452. — Hein. 224. — Cuspidana Tr. VIII, 236, X, 3. 127.

Norv. m. or. et c. passim: Ad Christianiam in Tøien et Ladegaardsø (Sieb.). Ad Fokstuen in alpe Dovre Dr. Wocke spec. sing. invenit. Juni—Juli.

3. *Uncana* Hb. 76. — Geminana Don. Nat. Hist. XI, T. 370, 1. — Uncella (S. V. p. 136), Hein. 224.

Norv. central. mont.: Ad Fokstuen in alpe Dovre, mense Junio (Wocke), sine dubio in Norvegia expansionem majorem habet.

4. *Unguicella* L. S. N. X, 536, F. S. No. 1382. — Hein. 224. — Falcana Hb. 78. — Fractifasciana Stph. III. IV, 111, T. 34. 3.

Norv. m., c. et s. passim: Ad Bergen rar. (Sch.). Ad Christ. in Ryenbjerg, Grefsen, in Odalen nec non in par. Nordrehaug a Siebke capta. Dovre (Boheman). In insula Schiervø Nordlandiæ (Zett.). Ad Bossekop in parochia Alten Finmarkiæ non infr. (Wocke). Juni—Juli.

5. *Siculana* Hb. 79. — Apicella (S. V. p. 136), Hein. 224.

Ad Christianiam in Ryenbjerg, Grefsen, Bækkelag Mai—Jun. haud rara (Sieb.).

6. *Lundana* F. Gen. p. 294. — Corylana Hb. 53. — Badiana (S. V. p. 126), Hein. 225.

Norv. m. or. et s. passim: Circa Christianiam in Tøien, Grefsen, etiam in par. Grue in Solør a Siebke haud infr. lecta. In Nordlandia ad Evenæs (Zett.). Ad Christianiam mense Junio volitat.

7. *Myrtillana* Tr. VIII, 245. — Hein. 226. — Lyellana Curt. Br. E. VIII, T. 376. — Derasana Stph. p. 112.

Norv. m. oc. et c., in silva inter Domaas et Fokstuen in alpe Dovre a Dr. Wocke inventa. In ericetis ad Bergen mense Junio 1871 non rara, ad Hodnaberg (1860′ s. m.) in Vos 17 Jul. 1874 semel lecta (Schneider). Ad Bossekop vulgaris (Staudinger et Wocke).

Rhopobota Ld.

1. *Nævana* Hb. 261. — Hein. 228. — Unipunctana Hw. 454. — Geminana Stph. List. p. 99, Hein. 228 (var.).

Ad Veblungsnæs Romsdaliæ 31 Jul. haud infr. a Dr. Wocke capta.

Dichrorampha Gn.

1. *Petiverella* L. S. N. X, 540, F. S. No. 1381. — Hein. 230. — Montana Scop. Ent. Carn. No. 595. — Hb. 37. — Petiverana Hw. 445.

Ad Christ. in Tøien, Linderud, Ryenbjerg haud infr. a Siebke lecta. Juni—Juli.

2. *Simpliciana* Hw. Lep. Br. p. 444. — Caliginosana Tr. X, 3. 119. — Hein. 234. — Atropurpurana Wd. 924.

Norv. centr. or. rarissime: In par. Fron Gudbrandsdaliæ ind. sing. 27 Jul. 1850 Siebke invenit.

3. *Alpinana* Tr. VIII, 230. — Hein. 230. — Strigana Hb. 444, Jacquiniana Hw. 444. — Politana Gn. Ind. 51.

Ad Christianiam a Siebke mense Junio passim lecta.

4. *Plumbana* Scop. Ent. Carn. No. 592. — Hein. 239. — Petiverella Schiff. S. V. p. 136. — Zachana Hb. 243 (?).

In Skøien ad Christianiam mense Julio haud rara occurrit (Sieb.).

Obs. Secundum Siebke (Reise i Gudbrandsdal 1851, p. 289, No. 500, Reise til Dovre 1861 p. 144) *D. subsequana* (Hw. p. 448) in par. Fron et in alpe Dovre ubique observata, specimina, quæ in mus. Siebkei vidi, omnia ad *Steg. mercurianam* Hb. pertinent; *D. subsequana* Alpes, Germaniam et Angliam habitat (Stgr. Cat. p. 264, No. 1284). Verosimile etiam apud nos occurrit, sed, quantum scio, in Norvegia adhuc non observata.

G. Tineina.

Choreutidæ.

Choreutis Hb.

1. *Müllerana* F. E. S. 3. 2. 277. 147. — Hein. III, 1. 2. — Wallgr. Sk. Pyr. & Chor. 1059. 1. — Scopoliana Pz. F. Ins. 81, No. 22. — Mylleri Hw. 472, 5. — Angustana Hb. Tort. 204. — Scintilulalis Tr. X, 3. 33. — Albipunctalis Zett. Ins. Lapp. 974.

   Norv. mer. rarius: Ad Hodnabergsæter in Vos in copula 17 Jul. 1874 in Salice, ad Næs Værk in Chrysanthemo Jul. 1872 frequens a Schneider lecta. In mus. Siebk. etiam specimen adest, verosimile ad Christianiam lectum. Larva: Scutellaria galericulata (Kaltenbach: „Die Pflanzenfeinde")

Simæthis Leach.

1. *Pariana* Cl. Ic. 10, 9. — L. F. S. No. 1341. — Hb. Tort. 1. 2. — Hein. 4. – Parialis Tr. VII, 159.

   Norv. m. or. rarius, ad Christianiam (Tøien) nec non in Aadalen a Siebke lecta. Larva: Pyrus (Kaltenbach).

2. *Diana* Hb. Tort. 274. — Hein. 5. — Decorana Zett. Ins. Lapp. 982.

   In par. Aadalen semel lecta (Sieb.).

3. *Oxyacanthella* L. S. N. XII, 886. — Scopolella L. S. N. XII, p. 896, No. 434. — Urticana Hb. Tort. 273. — Dentana Hb. Tort. 4. 5. — Fabriciana Stph. III. IV, 29. – Hein. 5. — Alternalis Tr. VII, 160. — Zett. Ins. Lapp. 974.

   Norv. m., c. et s. passim: Ad Tangeraas in par. Strandebarm init. Jul. in Urtica rarissime (Sch.). Ad Christ. in Tøien et Ryenbjerg, in par. Nordrehaug Ringerikiæ nec non in Øier Gudbrandsd. a Siebke inventa. In inferalpinis Nordlandiæ

ex gr. ad Talvig (sec. Zett.). Juli—August. Larva: Urtica, Pyrus (Kaltbch.).

Talæporidæ.

Talæporia Hb.

1. *Borealis* Wocke Stett. e. Z. 1862, 66.

Norv. c. et s. rarius: Ad Fokstuen in alpe Dovre a Dr. Wocke capta, ad Bossekop et Hammerfest Finmarkiæ primum detecta (Wocke, Staudinger). Juli. Etiam Lapponiam habitat (sec. Stgr. Cat. p. 266, No. 1328).

Solenobia.

1. ? *Cembrella* L. F. S. 1422. — Clathrella Tgstr. Bidr. 107. — ? Pineti Wocke Stett. Ent. Z. 1862, p. 68.

Ad Bergen, in alpe Dovre ad Fokstuen, ad Bossekop in parochia Alten Finmarkiæ nec non ad Hammerfest a Dr. Wocke capta. Juni.

Lypusidæ.

Lypusa Z.

1. *Maurella* Fabr. Mant. II, 244. — Hb. 122. — Hein. 28.

In monte Grefsenaas ad Christianiam medio Junii rar. (Sieb.). In betuleto ad Kongsvold in alpe Dovre marem 2 Jul. Dr. Wocke legit. Spec. unicum a Dr. Staudinger ad Bossekop 1 Jul. repertum.

Tineidæ.

Scardia Tr.

1. *Boleti* F. Gen. 282. — Hein. 37. — Choragellus Zell. Is. 1839, 187. — Mediellus Curt. Br. E. XIII. Pl. 591. — ? Hb. 13.

Hab. in Norv. m. or., c. et s. passim rara: Ad Christianiam nec non ad Kongsvold in alpe Dovre a Siebke lecta. In Odalen (Schøyen). Juli.

Blabophanes.

1. *Ferruginella* Hb. 348. — Hein. 39. — Frey. 21. — Ustella 565. — Splendella Hb. 381.

Ad Drivstuen in alpe Dovre 18 Jul. a Siebke rar. capta.

2. *Rusticella* Hb. 339. — Frey. 21. — Hein. 40. — Saturella Hw. 562. — Lævigatella S. V. p. 139.

Var. Spilolella Tgstr. Bidr. 109.

Ad Tangeraas in Strandebarm mens. Jul. haud rara (Sch.). Ad Fokstuen in alpe Dovre init. Jun., *var. Spilotella* Tgstr. (Dr. Wocke). In Finmarkia ad Bossekop et Hammerfest haud rara (Stgr., Wk.).

Tinea Z.

1. *Fulvimitrella* Sodoff. Bull. M. 1830, 74, Pl. 1, 6. — Frey 22. — Hein. 42. — Rupella Hw. 565. — Bohemanella Zett. Ins. Lapp. 1006.

Norv. c. et s. passim: Ad Kongsvold in alpe Dovre (Wocke). In Raschtind in insula Schiervø Nordland. nec non in Gamstentind Finmarkiæ a prof. Zetterstedt capta. Juli.

2. *Tapetzella* L. S. N. X, 536, F. S. No. 1414. — Tapezella Schiff. S. V. p. 142. — Hb. 81. — Tapetiella Z. Is. 1839, 184. — Frey 22. — Hein. 42.

Ad Bergen (Sch., Sølsb.), Christianiam (Sieb.), in domibus toto anno haud rara. Etiam ad Bossekop Finmarkiæ mense Julio observata (Wocke).

3. *Picarella* Cl. Ic. 10, 15. — L. F. No. 1389. — Hein. 44. — Rigaëlla Sodoff. Bull. M. 1830, p. 68, P. 1. 3. — Acerella Tr. IX, 1. 8. — Riganella Z. Is. 1839, 184.

Ad Bossekop in par. Alten rarius capta (Wocke). Juli.

4. *Arcuatella* Stt. I. B. 29. — Hein. 44. — Picarella Hb. 219. — Zett. Ins. Lapp. 990.

In Scandinavia (sec. Staudinger Cat. p. 209, No. 1379).

5. *Granella* L. S. N. X, 537, F. S. 1413. — Hb. 165. — Frey 23. — Hein. 47.

Ad Christianiam, in Østerdalia ubique, etiam ad Fokstuen in alpe Dovre a Siebke lecta; Juni—Juli.

6. *Pellionella* L. S. N. X, 536, F. S. No. 1415. — Frey 25. — Hein. 54.

Ad Kongsvold in alpe Dovre a Dr. Wocke capta.

7. *Fuscipunctella* Hw. 562. — Spretella (S. V. p. 142), Hein. 53. — Sarcitella S. V. p. 139.

Norv m. or. et c. passim: Ad Christianiam, in par. Fron Gudbrandsdaliæ nec non ad Fokstuen et Kongsvold in alpe Dovre a Siebke capta. Juni—August.

Phylloporia Hein.

1. *Bistrigella* Hw. Lep. Br. 573. — Hein. 58. — Dilorella HS. 266.

Hab. in alpe Dovre ad Fokstuen et Kongsvold rarius, etiam ad Bossekop Finmarkiæ rarius lecta (Wocke). Juni—Juli. Larva: Betula (Heinem.).

Lampronia Stph.

1. *Moroza* Z. L. E. VI, 181. — Quadripunctella Hein. 66.

In Tøien ad Christianiam 25 Jun. a Siebke capta. Larva: Lysimachia vulgaris, Rosa (Kaltenb.).

2. *Prælatella* Schiff. S. V. p. 320. — Frey 29. — Hein. 68. — Stipella Tr. IX, 2. 124. — Zett. Ins. Lapp. 1007.

Hab. in alpe Dovre ad Drivstuen (Bohem.), Kongsvold (Wk), in Finmarkia ad Bossekop etiam rarissime occurrit (Wocke). Juli.

Incurvaria Hw.

1. *Pectinea* Hw. Lep. Br. 559. — Hein. 60. — Zinckenii Z. Is. 1839, 183. — Frey 33.

In par. Løiten Hedemarkiæ nec non ad Fokstuen in alpe Dovre a Dr. Wocke rar. lecta. Mai—Juni. Larva: Betula, Corylus (Kaltenb.).

2. *Vetulella* Zett. Ins. Lapp. 1007. — Wocke Stett. e. Z. 1862, 70. — Hein. 61.

Norv. c. et s. passim: In alpe Dovre nec non ad Bossekop et in monte Skaaddavara haud rara (Wocke). Juni—Juli.

3. *Capitella* Cl. Ic. II, 1. — L. F. S. No. 1374. — Hein. 62. — ? Frey 34. — Flavimitrella Dup. XI, 303, 7.

Norv. centr. oc., ad Nystuen in alpe Filefjeld a Siebke lecta (Explr. non vidi). Larva: Ribes, Fagus (Kaltenb.).

4. *Oehlmanniella* Tr. IX, 2. 122, X, 3. 204. — Zett. Ins. Lapp. 1007. — Frey 34. — Hein. 63. — Oehlmanni Hw. 560.

In monte Raschtind in insula Schiervø Nordlandiæ 27 Jul. a prof. Zetterstedt inventa. In parochia Alten Finmarkiæ non rara (Wocke). Juni—Juli. Larva: Vaccinium myrtillus (Kaltenb.).

5. *Rupella* Schiff, S. V. 320. — Hb. 250. — Frey 25. — Hein. 63. — Naezenella Zett. Ins. Lapp. 1006. — Capitella Tr. IX, 2. 61.

Hab. in Norv. c. et s. passim: Ad Kongsvold in alpe Dovre (Wocke). In Raschtind Nordlandiæ (Zett.). Juli.

Nemophora Hb.

1. *Panzerella* Hb. 412. — Frey 37. — Hein. 70.

Ad Christianiam in Tøien et Ryenbjerg a Siebke lecta. In Vaarstien ad Kongsvold in alpe Dovre nec non ad Bossekop Finmarkiæ (Wocke). Juni—Juli.

2. *Metaxella* Hb. 413. — Frey 48. — Hein. 71.

Ad Christianiam haud rara occurrit: Ryenbjerg, Grefsen, Frogner (Siebke). Mai—Juli.

Obs. In ericetis ad Bergen Nemophora sp. haud rara mense Junio volitat, specimina, quæ an. 1871 cepi, postea corrupta.

Adelidæ.

Adela Latr.

1. *Rufimitrella* Scop. Ent. Carn. No. 649. — Frey 40. — Hein. 75. — Frischella Hb. 425—6. — Reaumurella Stph. III, IV, 231.

In alpe Dovre rarissime a Dr. Wocke lecta. Juni—Juli. Larva: Lunaria rediviva (Kaltenb.).

2. *Esmarkella* Wocke Stett. ent. Z. 1864, p. 211.

Hæc species, Norv. centr. mont. propria, in alpe Dovre passim (3009—4000′ s. m.) occurrit, a Dr. Wocke anno 1862 detecta. Juni, init. Julii.

3. *Degeerella* L. S. N. X, 540, F. S. 1393. — Frey 41. — Hein. 77. — Striatella F. Sp. 310. — Sulzella Schrk. F. B. 2, 130. — Geerella Hb. 180. 440. — De Geerii Hw. 519.

Ad Fokstuen in alpe Dovre a Siebke rarius capta. Non dubium est, quin hæc species insignis, quæ totam fere Europam habitat, in Norvegia expansionem majorem habeat. Larva: Anemone nemorosa (Kaltenbach: „Die Pflanzenfeinde").

4. *Croesella* Sc. Ent. Carn. No. 648. — Degeerella Scop. l. c. No 647. — Sulzella Schiff. S. V. p. 143. — Hb. 121. — Sultzii Hw. 520. — Sulzeriella Z. Is. 1839, 186. — Frey 25. — Hein. 78.

Norv. m. passim: Ad Christiansborg prope Bergen in Corylo nec non ad Tangeraas in par. Strandebarm rarissime (Sch.). Ad Christianiam in Grefsen (Sieb.), Frogner (Sch.), in par. Krydsherred et Hoff in Solør (Sieb.). Juni—Juli.

Hyponomeutidæ.

Hyponomeuta Z.

1. *Padellus* L. S. N. X, 535, F. S. No. 1364. — Hb. 393—5. — Variabilis Z. Is. 1844, 214. — Frey 59. — Hein. 109.

   In horto botanico ad Christianiam mense Julio a Siebke lecta.

2. *Malinellus* Z. Is. 1844, 220. — Frey 59. — Hein. 110.

   In Odalen a Dom. Schøyen inventa (Fort. over Som. i Odalen pag. 8, No. 269), specimina non vidi. Larva: Sorbus, Pyrus, Cratægus (Kaltenb.).

3. *Cagnagellus* Hb. 319 -2. — Cognatella Tr. IX, 1. 220. — Evonymella Sc. Ent. Carn. No. 631. — Hein. 110. — Euonymi Z. Is. 1844, 223. Frey 60.

   In horto botanico ad Christianiam haud rara Siebke. Larva: Sorbus, Rhamnus (Kaltenb.).

4. *Evonymellus* L. S. N. X, 534, F. S. No. 1363. — Hb. 88. — Padi Z. Is. 1844, 225. — Frey 60. — Hein. 111.

   Hab. in Norv m or. passim, in Norv. m. oc. omnino deest: Circa Christianiam, larva in Pruno pado certis annis copiose (Sieb., Sch.). Imago mens. Julio et Augusto volitat. Larva: Prunus padus.

Swammerdamia Hb.

1. *Griseocapitella* Stt. Suppl. Cat. 3. I. B. 56. — Hein. 107. — Nubeculella Tgstr. Bidr. 112.

   Norv. c. et s., ad Moen in parochia Fron Gudbrandsdaliæ (Siebke), in paroch. Alten ad Bossekop Jul.—Aug. rar. lecta (Wocke).

2. *Conspercella* Tgstr. Bidr. 112. — Wocke Stett. e. Z. 1862, p. 74.

Hab. in Norv. c. et s., ad Domaas in alpe Dovre mens. Junio, ad Bossekop Finmarkiæ 17 Jul. semel inventa (Wocke).

Prays Hb.

1. *Curticellus* Don. Nat. Hist. II, 65, 4. p. 77. — Frey 65. — Hein. 112. — Maculella F. E. S. 3. 2, 306. – Cænobitella Hb. 309.

Norv. m. rarius: Ad Bergen mense Julio 1871 semel a Schneider lectus. Ad Christianiam (Sieb.). Juli. Larva: Fraxinus (Kaltenb.).

Argyresthia Hb.

1. *Abdominalis* Z. Is. 1839, 205, Lin. Ent. II, p. 270 — Frey 191.

Norv. c. et s. rarissime: Ad Kongsvold in alpe Dovre Dr. Wocke spec. sing. 24 Jul. cepit. ad Bossekop Finmarkiæ in Junipero tria specimina etiam mense Julio invenit. Larva: Juniperus (Kaltenb.).

2. *Decimella* Stt. Suppl. Cat. 10. — Wk. Stett. e. Z. 1864, p. 215.

Ad Veblungsnes Romsdaliæ in Junipero 31 Juli (Dr. Wocke).

3. *Cornella* F. S. E 657, 8. – Curva Hw. 516. — Sparsella Z. Is. 1839, p. 205.

A Siebke ad Christianiam nec non in par. Aamot Østerdaliæ rar. lecta. Larva: Pyrus (Kaltenb.).

4. *Sorbiella* Tr. IX, 2. 160, X, 3. 210. — Frey 191.

Norv. c. et septentr., ad Drivstuen in alpe Dovre rar., ad Bossekop Finmarkiæ vulgaris (Wocke). Juli. Larva: Sorbus, Aronia, Cotoneaster (Kaltenb.).

5. *Pygmæella* Hb. 353. – Frey 193. — Semifascella Stph. III, IV, 252.

Ad Grimelund in Vestre Aker ad Christ. mens. Junio 1873 e

larva educata (Sch.). Ad Bossekop Finmarkiæ haud rara (Wocke). Larva: Salix lanata.

6. *Goedartella* L. S. N. X, 541, F. S. No. 1401. — Hb. 133. — Frey 194. — Semiargentella Don. Nat. Hist. II, T. 65. 2. 3.

Habitat in Norv. merid. et centr. fere ubique frequens: Ad Tangeraas in Strandebarm, in par. Østensø Hardangeriæ nec non ad Bergen haud rara (Sch.). Circa Christ. fr. (Sieb., Münster). In par. Fron et Rendal a Siebke lecta. Juni—Juli. Larva: Betula, Alnus (Kaltenb.).

7. *Brockeella* Hb. 362. — Frey 195. — Aurivitella Hw. Stph. p. 253.

Ad Grimelund in Vestre Aker e larva educata (Sch.). Ad Drivstuen in alpe Dovre a Siebke lecta. Juni—Juli. Larva: Betula, Pinus (Kaltenb.).

8. *Aurulentella* Stt. Zool. App. XL.

Ad Veblungsnes Romsdaliæ 31 Jul., ad Bodø 14 August., in Junipero copiose a Dr. Wocke capta. Larva: Juniperus (Kaltenb.).

Plutellidæ.

Plutella Schrk.

1. *Porrectella* L. S. N. X, 540, F. S. No. 1443. — Frey 68. — Hein. 116. — Hesperidella Hb. 169.

In horto botanico nec non in monte Ryenbjerg ad Christianiam haud infreq. a Siebke lecta. Juni. Larva: Hesperis, Cheiranthus (Kaltenb.).

2. *Cruciferarum* Z. Stett. e. Z. 1843, p. 281. — Frey 68. — Hein. 117. — Xylostella Hb. 119. — Maculipennis Curt.; Stph. p. 342. — Niveella Zett. Ins. Lapp. 1001.

Norv. m. or., c. et s. passim: Ad Christianiam in Tøien a Siebke lecta. Kongsvold et Fokstuen in alpe Dovre (Sieb.,

Wocke). Ad Bjørkvik Nordlandiæ (Zetterst.). Ad Bossekop nec non ad Hammerfest non rar. (Wocke). Juni—Aug. Larva polyphaga, præsertim in Cruciferis (Kaltenb.).

3. *Annulatella* Curt. Br. E. 420. — Hein. 118. — Schmaltzella Z. Ins. Lapp. 1001. — Horticola Tgstr. Bidr. 117. — Bicingulata Z. Is. 1839, 188, Hein. 118 (var.).

Circa Christianiam mense Junio haud rara (Siebke, Sch.). Ad oppidum Hamar, Sigstad in par. Løiten Hedemarkiæ nec non ad Fokstuen in alpe Dovre a Dr. Wocke capta. Mai—Juni.

4. *Dalella* Stt. Cat. II, I. B. 69. — Hein. 118. — Vittella Hb. 164. — Septentrionum Stgr. Stett. e. Z. 1857, 275 (var.).

Norv. m. or. et c. haud infrequens: Ad Christianiam in Tøien et Frogner (Siebk., Sch.). Ad Fokstuen in alpe Dovre copiose, ad Bodø et Bossekop Finmarkiæ haud rar. (Wocke). Juni—August.

Cerostoma Latr.

1. *Vittella* L. S. N. X, 538, F. S. No. 1366. — Frey 71. — Hein. 120. — Vitella Hb. 349.

In horto botanico ad Christianiam rar. a Siebke capta. Juli. Larva: Fagus, Ulmus, Lonicera (Kaltenb.).

2. *Sequella* Cl. Ic. 10, 14. — L. F. S. No. 1365 — Hb. 103. — Frey 71. — Hein. 121. — Nyctemerella Schiff. S. V. p. 136.

Norv. m. or. passim: Ad Næs Værk rarissime, mens. Jul. a Schneider lecta. Ad Christianiam in Tøien mens. Septbr. haud infrequens occurrit (Siebke, Sch.). Juli—September. Larva: Acer, Tilia, Salix (Kaltenb.).

3. *Radiatella* Don. Nat. Hist. III, T. 77. 3. 4. p. 14. — Hein. 121. — Variella Hb. 106. — Fissella Hb. 108. — Frey 72. — Lutarella Hb. 168. — Byssinella Hb. 380. — Unitella Tr. IX, 1. 30.

In Tøien ad Christ. 22 Jul. a Siebke inventa. Spec. unicum

ad Throndhjem 14 Mai Dr. Wocke legit. Larva: Quercus (Kaltenb.).

4. *Parenthesella* L. F. S. No. 1435. — Costella F. S. E. 668, 10. — Hb. 107. — Frey 72.

In Tøien ad Christianiam rar., mense Julio (Siebke). Ad Bodø medio Augusti rarissime a Dr. Wocke capta. Larva: Quercus, Fagus (Kaltenb.).

5. *Asperella* L. F. S. No. 1447. — Hb. 101. 329. — Frey 75. — Hein. 124.

In horto botanico ad Christianiam rarius a Siebke lecta. Juli, initio Augusti. Larva: Quercus, Prunus, Pyrus (Kaltenbach).

6. *Scabrella* L. F. S. No. 1446. — Frey 72. — Hein. 125. — Pterodactylella Hb. 102.

A Siebke in Tøien ad Christianiam 22 Juli rarius capta. Larva: Pyrus (Kaltenb.).

7. *Xylostella* L. S. N. X, 558, XII, 890, No. 389, F. S. No. 1390. — Frey 76. — Hein. 126. — Dentella F. S. E. 667, 2. — Harpella Schiff. S. V. p. 136. — Hb. 110.

Norv. mer. et c. passim: In Kalfaret ad Bergen semel e larva educata, Jul. 1871 (Sølsb.). Ad Christianiam in Toien (Sieb.), Vestre Aker (Sch.), Laurgaard in par. Sell Gudbrandsdaliæ et ad Fokstuen et Kongsvold in alpe Dovre (Sieb.). Juli—August. Larva: Lonicera.

Chimabacchidæ.

Dasystoma Curt.

1. *Salicella* Hb. 9. — Frey 6. — Hein. 131. — Rufocrinitalis Zett. Ins. Lapp. 975 (Hercyna).

In alpe Dovre a prof. Boheman lecta (sec. Zett.). Larva: Ulmus, Rosa, Cornus mascula, Salix, Alnus (Kaltenb.).

Gelechidæ.

Semioscopis Hb.

1. *Avellanella* Hb. Vög. & Schm. 65, Tin. 27. — Frey 9. — Hein. 136.

Ad Bodø (19 Mai) nec non ad Bossekop (1 Jun.) Finmarkiæ rarissime observata (Wocke).

2. ? *Antiquella* Zett. Ins. Lapp. 992. — Stgr. & Wocke Cat. Lep. p. 284, No. 1661.

Ad Bossekop Finmarkiæ 3 Aug. a prof. Zetterstedt detecta, non vero reinventa.

Epigraphia Stph.

1. *Steinkellneriana* Schiff. S. V. p. 130. — Frey 9. — Hein. 136. — Characterella Hb. 26.

In horto botanico ad Christianiam initio Maji non infrequens a Siebke capta. Larva: Prunus spinosa, Cratægus, Sorbus (Kaltenb.).

Psecadia Hb.

1. *Pusiella* Roemer Gen. Ins. 22, Pl. 23, 9. — Hein. 138. — Lithospermella Hb. 104. — Scalella Z. Is. 1844, 230. — Frey 62.

In Tøien ad Christianiam rar., e larva educata (Sieb.). Larva: Urtica, Lithospermum, Pulmonaria (Kaltenb.).

Depressaria Hw.

1. *Arenella* Schiff. S. V. p. 137. — Frey 84. — Hein. 149. — Yeatiana Thbg. Diss. Ent. III, 64. — Gilvella Hb. 96. — Gilvosa Hw. 507.

Hab. ad Christianiam rarissime, in Tøien (Sieb.), Hægdehaugen semel a Schneider lecta, etiam in Odalen rar. reperta (Sieb.).

Juni. Larva: Scabiosa, Arctium, Sonchus, Carlina, Centaurea (Kaltenb.).

2. *Ciniflonella* Z. Is. 1846, 280. — Hein. 157.

In horto botanico ad Christianiam mense April a Siebke inventa.

3. *Ocellana* F. S. E. 652, 40. — Frey 85. — Hein. 158. — Characterella Schiff. S. V. p. 137. — Signella Hb. 80.

In horto botanico ad Christ. mens. April rarissime a Siebke capta. Larva: Betula, Salix (Kaltenb.).

4. *Applana* F. Gen. 294. — Frey 87. — Hein. 162. — Cicutella Hb. 79. 419.

Norv. m., c. et s. passim, haud infrequens: Ad Bergen tempore vernali sub cortice arb. fr. (Sølsb., Sch.). Circa Christianiam ubique (Sieb., Sch.). Ad Drivstuen in alpe Dovre mens. Aug. e larva, in Heracleo inventa, a Dr. Wocke educata. Throndhjem, Bossekop (Wk.). August—Octob., Marts—April (hibern.). Larva in Umbelliferis (Kaltenb.).

5. *Ciliella* Stt. Cat. 17. — Annexella Z. Stett. e. Z. 1868, 416. — Hein. 162.

Habitat in Norvegia sec. Staudinger (Cat. p. 287, No. 1730).

6. *Angelicella* Hb. 337. — Frey 88. — Hein. 165.

Ad Christianiam semel inventa (Sieb.). Larva: Angelica, Salix (Kaltenb.).

7. *Depressella* Hb. 407. — Hein. 171. — Collarella Zett. Ins. Lapp. 999.

In Odalen initio Junii a Siebke semel lecta. Larva in Umbelliferis (Kaltenb.).

8. *Pimpinellæ* Z. Is. 1839, 95. — Hein. 172. — Pulverella Ev. F. V. Ur. 568.

Ad Drivstuen in alpe Dovre e larva educata (Wocke). Larva: Pimpinella saxifraga (Kaltenb.).

9. *Heracliana* De Geer Mém. II, 407. — Hein. 176. — Heraclei Hw. 505.

Norv. m. or. passim: Ad Næs Værk larva in floribus Heraclei copiose, imagines sub finem mens. Augusti declaratæ (Sch.). In Tøien ad Christianiam haud rara (Sieb., Münster). Aug. Larva: Heracleum, in floribus.

10. *Olerella* Zell. Lin. Ent. IX, 337. — Hein. 177.

Specimen unicum ad Throndhjem 15 Mai Dr. Wocke legit. Individ. alterum defectum in Hægdehaugen ad Christianiam mens. Jun. a Schneider captum verosimile ad hanc speciem referendum. Larva: Achillea millefolium (Kaltenb.).

Gelechia Z.

1. *Rhombella* Schiff. S. V. d. 139. — Hb. 277. — Frey 118. — Hein. 198.

In Krogkleven Ringerikiæ nec non in Tøien ad Christianiam a Siebke lecta. Juli. Larva: Pyrus (Kaltenb.).

2. *Velocella* Dup. XI, 297, 3. — Hein. 209. — Subsequella Tr. IX, 2. 83.

Ad Bossekop mense Mai. et Jun. in pratis aridis frequens (Wocke). Larva: Rumex (Kaltenb.).

3. *Decolorella* Z. Is. 1839, 190. — Hein. 209.

In Gausdal rar. a Siebke inventa, alp. Austriæ incola.

4. *Peliella* Tr. X, 3. 198. — Hein. 211.

In Frogner ad Christianiam initio Julii rar. (Sieb.). Larva: Rumex (Kaltenb.).

5. *Ericetella* Hb. 470. — Frey 101. — Hein. 211. — Betulea Hw. 549. — Gallinella Tr. IX, 2. 79. — Lanceolella Stph. III, IV, 211.

Norv. m. or. et centr., in Grønlien ad Christianiam 30 Jun. rar. (Sieb.), ad Domaas in alpe Dovre medio Junii a Dr. Wocke

capta. Pupam in Calluna ad Christiansand Dr. Staudinger cepit, imago fem. medio Jun. e pupa egressa.

6. *Infernalis* HS. 584, V. p. 177. — Hein. 212.

Norv. c. et s., in betuletis ad Fokstuen in alpe Dovre nec non ad Bossekop Finmarkiæ non rara mens. Jun. (Wocke). Larva in Vaccinio (sec. Kaltenb.).

7. *Galbanella* Z. Is. 1839, 200. — Frey 116. — Hein. 216.

In Tveten ad Christianiam 23 Jul. rar. (Sieb.). Ad Bossekop in par. Alten mense Julio rarissime a Dr. Wocke reperta.

8. *Continuella* Z. Is. 1839, 198. — Hein. 219.

Ad Fokstuen in alpe Dovre in betuletis mens. Junio, etiam ad Bossekop in par. Alten haud rara (Wocke).

9. *Tarandella* Wocke Stett. e. Zeit. 1864, p. 212.

Circa Fokstuen in alpe Dovre, præsertim in Blaahø (4000′—5000′ s. m.), mense Junio 1862 a Dr. Wocke detecta.

10. *Longicornis* Curt. Br. E. IV, 189. — Hein. 220. — Histrionella Hb. 464. — Frey 113. — Zebrella Tr. IX, 2. 82.

Norv. m. or. et c. rarius: Ad Christianiam a Siebke capta. Ad Fokstuen in alpe Dovre spec. unicum lectum, ad Bossekop Finmarkiæ non infr. (Wocke). Larva: Erica cinerea (Kaltenbach). Mai—Juni.

11. *Perspersella* Wocke Stett. e. Z. 1865, 236.

Hab. in Norv. m. oc., c. et s., ad Kongsvold in alpe Dovre med. Juli semel, primum ad Bossekop Finmarkiæ mens. Jun. et Jul. 1860 detecta (Wocke). Specimen unicum in Aarstad ad Bergen 4 Jun. 1871 Schneider cepit.

12. *Diffinis* Hw. L. Br. 551. — Hein. 224. — Dissimilella Tr. IX, 2. 80. — Scabidella Z. Is. 1839, 199.

In alpe Dovre mense Julio a Dr. Wocke et Siebke capta.

Ad Bossekop in par. Alten mense Julio copiose (Wocke). Larva: Rumex (Kaltenb.).

13. *Lugubrella* F. E. S. 2. 299, 54. – Hein. 227. — Frey 122. — Luctificella Hb. 312. — Lunatella Zett. Ins. Lapp. 1005.

Norv. c. mont. et sep. passim: Inter Alten et Kautokeino Finmarkiæ a prof. Zetterstedt lecta. In betuletis in alpe Dovre nec non ad Bossekop Finmarkiæ rar. Juni—Juli (Wk.).

14. *Viduella* F. E. S. 3. 2. 299. 53. — Luctuella Dup. XI, 298, 9. — Frey 122. — Luctiferella HS. n. Schm. 42.

In alpe Dovre (ad 4000′ s. m.) ab initio Junii usque ad medium Julii a Dr. Wocke inventa.

15. *Luctuella* Hb. Vög. & Schm. 5. — Tin. 144. — Hein. 228.

In Odalen init. Jun. Dr. Siebke pauca specimina legit. Ad Bossekop Finmarkiæ haud rara (Wocke). Juni—Juli.

Brachmia Hein.

1. *Mouffetella* Schiff. S. V. 140. — Hb. 245. — Hein. 230. — Pedisequella Hb. 95.

Exemplr. verosimile ad Christianiam lectum in mus. Siebkei adest. Larva: Lonicera, Berberis (Kaltenb.).

Bryotropha Hein.

1. *Terrella* (S. V. 140), Hb. 170. — Frey 114. — Hein. 235. — Inulella Hb. 286.

Ad Fredrikshald semel lecta (Sieb.).

2. *Decrepitella* HS. 508. 533. — Hein. 236.

Ad Næs Værk 1873 rar. a Schneider capta.

3. *Senectella* Z. Is. 1839, 199. — Frey 115. — Hein. 238.

Ad Bossekop in par. Alten Finmarkiæ passim mense Julio reperta (Wocke).

Lita Tr.

1. *Moritzella* Hb. 476—7. — Frey 112. — Hein. 260.

In horto botanico ad Christianiam 20 April 1848 rar. (Sieb.). Larva: Epilobium, Lychnis (Kaltenb.).

2. *Roscella* Zett. Ins. Lapp. 1005. — Wocke Stett. e. Z. 1862, 235.

In alpe Dovre a prof. Boheman detecta (sec. Zetterst.).

Teleia Hein.

1. *Vulgella* Hb. 346. — Frey 120. — Hein. 273. — Aspera Hw. 550. — Mouffetella Zett. Ins. Lapp. 1004.

In alpe Dovre a Boheman lecta (Zett.). Larva: Cratægus (Kaltenb.).

2. *Alburnella* Z. Is. 1839, 200. — Frey 107. — Hein. — 274.

In Tøien ad Christianiam haud rara mense Julio a Siebke lecta. Larva verosimile in Betula (sec. Kaltenb.).

3. *Proximella* Hb. 288. — Frey 119. — Hein. 276.

In Tøien ad Christ. medio Junii a Siebke capta.

Chelaria Hw.

1. *Hübnerella* Don. Nat. Hist. XI, T. 382, 2. — Hein. 294. — Conscriptella Hb. 283. — Frey 138. — Rhomboidella Curt. Br. Ent. VIII, 368.

Hab. circa Christianiam passim: Tøien (Sieb.), Frogner (Sch.). Juni—August. Larva: Betula, Pop. tremula (Kaltenb.).

Lamprotes Hein.

1. *Micella* Schiff. S. V. 140. — Frey 123. — Hein. 311.

In Frogner ad Christianiam initio Julii a Siebke capta. Larva: Calluna vulgaris (Kaltenb.).

Anacampsis Curt.

1. *Ligulella* Z. Is. 1839, 201. — Hein. 316. — Vorticella Tr. IX, 2. 206. — Cinctella Hb. 142.

Norv. m. or. passim: Ad Christianiam in Tøien, Linderud, in par. Elverum a Siebke lecta. Juni, August. Larva: Lotus corniculatus (Kaltenb.).

Tachyptilia Hein.

1. *Populella* Cl. Ic. 11, 5. — L. F. S. No. 1442. — Frey 100. — Hein. 321. — Boeberana F. Mant. II, 239, 135. — Blattariella Hb. 148. — Populi Hw. 548. — Juniperella Stph. III, IV, 205.

Norv. m. or. et c. haud rara: Næs Værk (Sch.). Ad Christianiam fr., ad Aaset et Berger in par. Aamot nec non in par. Ringebo Gudbrandsdaliæ a Siebke capta. Juli– August. Larva: Betula, Salix, Populus (Kaltenb.).

Rhinosia.

1. *Ferrugella* Schiff. S. V. 142. — Frey 99. — Hein. 329. — Coriacella Hb. 233.

In Frogner ad Christianiam initio Julii a Siebke capta. Larva: Scabiosa, Campanula (Kaltenb.).

Ypsolophus F.

1. *Fasciellus* Hb. 111. — Frey 140. — Hein. 338.

Specimen unicum ad Næs Værk 21 August 1873 Schneider invenit. Larva: Prunus, Rubus (Kaltenb.).

Pleurota Hb.

1. *Bicostella* Cl. Ic. 3. 15. — L. F. S. No. 1438. — Hb. 115. — Frey 145. — Hein. 356. — Marginella F. Sp. 293, 23.

Norv. m., c. et s. passim haud rara: Ad Bergen in Christiansborg semel a Sølsberg capta. Ad Tangeraas in par. Strande-

barm rarissime (Sch). Ad Christianiam, in par. Elverum, ad Lillehammer nec non ad Nystuen in alpe Filefjeld a Siebke lecta. Ad Bossekop Finmarkiæ sat freq. (Wocke). Juni—Juli.

Anchinia Hb.

1. *Daphnella* (S. V. p. 136), Hb. 81. — Frey 148. — Hein. 369. — Pudorella Hb. Vög. & Schm. 90.

Ad Drivstuen in alpe Dovre a Dr. Wocke e larva educata, imag. Juli, init. Aug. declaratæ. Exempl. in mus. Sieb. verosimile ad Christianiam captum. Larva: Daphne mezereum (Heinemann).

Harpella Schrk.

1. *Forficella* Scop. Ent. Carn. 338. — Majorella Schiff. S. V. 141. — Hb. 120. — Flavella F. S. E. 667, 5. — Proboscidella Sulz. Abg. G. 163, T. 23, 14. 15. — Frey 151. — Hein. 371.

In querceto ad Næs Værk mense Julio 1872 Schneider specimen unicum cepit. Larva sub cortice arbor. ex gr. Betula, Alnus, Corylus, Quercus (Kaltenb.).

Oecophora Z.

1. *Tinctella* Hb. 214. — Frey 160. — Hein. 375. — Lutarella Stph. III, IV, 219.

Ad Christianiam in Tøien, in par. Aamodt nec non ad Lillehammer a Siebke lecta. Juli.

2. *Flavifrontella* Hb. 126. — Frey 160. — Hein. 376.

Ad Bossekop in par. Alten medio Julii rarissime lecta (Wk.). Larva: Alnus (Kaltenb.).

3. *Stipella* L. S. N. X, 539, F. S. No. 1427. — Hein. 379. — Tigrella Hb. 336. — Sulphurella Hb. 150. — Frey 156.

In alpe Dovre a Siebke et Wocke reperta. Ad Bossekop in par. Alten Finmarkiæ frequens (Wocke). Juni—Juli.

4. *Westermannella* Zett. Ins. Lapp. 1003.

Ad Bjørkvik Nordlandiæ spec. unicum 14 Juli prof. Zetterstedt legit.

5. *Stroemella* F. Sp. II, 303. 80. — Hein. 381.

Norv. central., semper solitarie occurrit: In par. Sell ad Laurgaard (Siebke), specimen in Ringebo Gudbrandsdaliæ nec non in Hallingdalia Schøyen legit, ind. tertium in alpe Dovre a Siebke captum.

Hypatima HS.

1. *Binotella* Thbg. Diss. Ent. VII, 106. — Hein. 386. — Mouffetella Hb. 245.

Ad Christianiam initio mens. Julii rar. a Siebke capta.

Glyphipterygidæ.

Glyphipteryx Hb.

1. *Bergstræsserella* F. Sp. 302. 76. — Frey 173. — Linneana Hb. Tort. 84. — Linneella Hb. 436.

Ad Stabæk prope Christianiam 16 Juni copiose (Sieb.). Ad Drivelv in alpe Dovre ind. unic. 19 Jul. a Dr. Wocke captum. Juni—Juli.

2. *Thrasonella* Sc. Ent. Carn. No. 658. — Frey 174. — Seppella Hb. 223. — Aillyella Hb. 431.

In horto botanico ad Christianiam mens. Jul. rar. (Sieb.). Larva verosimile in Junco (sec. Kaltenb.).

3. *Haworthana* Stph. III, IV, 262, T. 39, 2. — Zonella Zett. Ins. Lapp. 1009.

Ad Fokstuen in alpe Dovre nec non ad Bossekop Finmarkiæ mense Junio a Dr. Wocke lecta.

4. *Fischeriella* Z. Is. 1839, 204. — Frey 176.

Specimen unicum in par. Vestre Aker ad Christianiam 28 Mai 1875 Schneider cepit. Larva: Saponaria, Sedum (Kaltenbach).

Gracilaridæ.

Gracilaria Z.

1. *Alchimiella* Scop. Ent. Carn. No. 661. — Swederella Thbg. Mus. Nat. VI, 80. — Franckella Hb. 379. — Hilaripennella Tr. IX, 2. 196.

Circa Christianiam haud rara occurrit: Tøien (Sieb.), Hægdehaugen (Sch.). Juni—Juli. Larva: Quercus (Kaltenb.).

2. *Stigmatella* F. Sp. II, 295. 34. — Frey 231. — Ochracea Hw. 528. — Trigona Hw. 529. — Upupæpenella Hb. 203.

Norv. m. or. rarissime, spec. unicum ad Christianiam ad Siebke lectum. Larva: Salix, Populus (Kaltenb.).

3. *Populetorum* Z. Is. 1839, 209.

In Hægdehaugen ad Christianiam 26 Mai 1873 rarissime a Schneider lecta. Larva in Betula et Pop. tremula sec. Kaltenbach.

4. *Elongella* L. F. S. 1436. — Frey 235. — Signipennella Hb. 196. — Roscipennella Tr. IX, 2. 202.

In horto botanico ad Christianiam Mai, Juli, haud rara (Sieb.). Ad Throndhjem medio Mai a Dr. Wocke lecta. Larva: Alnus (Kaltenb.).

5. ? *Rufipennella* Hb. 204.

Sec. Dom. Schøyen in Odalen inventa, a me nondum visa. Larva: Acer (Kaltenb.).

6. *Syringella* F. E. S. 3. 2. 328. — Frey 237. — Anastomosis Hw. 530. — Ardeæpennella Tr. IX, 2. 205.

Hab. ad Christianiam passim, mense Junio (Sieb., Sch.). Larva: Syringa, Fraxinus, Ligustrum, Euonymus (Kaltenb.).

Coriscium Z.

1. *Cuculipennellum* Hb. Gesch. VIII, Tin. VI. — Alucitæf. B. a—f, 2. a—f. — Frey 242. — Cinerea Hw. 530.

Ad Christianiam in Tøien specimen unicum 29 Juli a Siebke lectum est. Larva: Ligustrum, Fraxinus, Salix (Kaltenb.).

Ornix Z.

1. *Guttea* Hw. 531. — Frey 244.

In Brovold ad Christianiam medio Junii rar. lecta (Sieb.). Larva: Pyrus (Kaltenb.).

2. *Interruptella* Zett. Ins. Lapp. 1009. — Wocke Stett. e. Z. 1862, 243.

Hab. in Norv. c. et s. haud infrequens: In alpe Dovre ubique (Wocke). Ad Gjebostad Nordlandiæ (Zetterstedt). Ad Bossekop Finmarkiæ sat frequens, larva in Salice (Wocke). Juni—Juli.

3. *Polygrammella* Wocke Stett. e. Z. 1862, 242. — Frey L. E. XV, 15.

Norv. c. et s. rarius: Ad Fokstuen in alpe Dovre spec. unicum 15 Juni Dr. Wocke cepit, ad Bossekop Finmarkiæ anno 1860 primum detecta. Larva verosimile in Betula nana (Wk.).

4. *Betulæ* Stt. I. B. 206. — Frey 251.

Ad Fokstuen in alpe Dovre nec non ad Bossekop in par. Alten medio Jun. passim (Wocke). Larva: Pyrus, Cratægus, Betula (Kaltenb.).

5. *Scutulatella* Stt. I. B. 206. — Wocke Stett. e. Z. 1862, p. 241. — Frey L. E. XV, 35.

Spec. unicum (♂) ad Bossekop Finmarkiæ 11 Juli Dr. Wocke cepit.

Coleophoridæ.

Coleophora Z.

1. *Laricella* Hb. 427. — Frey 218. — Argyropennella Tr. IX, 3. 221.

Norv. m. or. et c. passim: Ad Christianiam in Tøien, Frogner, Ryenbjerg, mens. Jun., in alpe Dovre ad Jerkin med. Jul. (Sieb.). Juni—Juli. Larva: Salix (Kaltenb.).

2. *Glitzella* Hofm. Stett. e. Z. 1869, 119.

Hab. in Norvegia sec. Staudinger & Wocke (Cat. p. 313, No. 2397). Larva: Vaccinium (Kaltenb.).

3. *Vitisella* Gregson. Zool. 1856, 5167. — Stt. Ann. 1857, Nat. Hist. V, 100. T. 12. 3.

Norvegia sec. Staudinger & Wocke (l. c. No. 2399), mihi tota ignota.

4. *Orbitella* Z. L. E. IV, 385.

Ad Fokstuen in alpe Dovre nec non ad Bossekop in par. Alten a Dr. Wocke lecta. Larva: Vaccinium vitis idæa (Wocke), etiam Salix et Myrica (Kaltenb.). Juni—Juli.

5. *Nigricella* Stph. III, IV, 281. — Coracipennella Hb. 208. — Frey 220.

Norv. m. passim: In par. Strandebarm ad Tangeraas, ad Næs Værk, larva in Pruno 1873 copiose (Sch.). Christiania (Sieb.). Juli—August. Larva polyphaga, in arbusculis variis (Kaltenbach).

6. *Fabriciella* Vill. L. E. II, 527. — Spissicornis Hw. 537. — Mayrella Z. Is. 1839, 206.

Ad Christianiam in Ladegaardsø et Frogner a Siebke passim capta. Juni—Juli.

7. *Hemerobiella* Scop. No. 650. — Frey 218. — Anseripennella Hb. 319.

In Tøien ad Christianiam medio Julii passim (Sieb.). Larva: Pyrus, Prunus, Cratægus, Quercus (Kaltenb.).

8. *Anatipennella* Hb. 186. — Tiliella Schrk. Fn. B. II, 107. — Frey 208.

Hab. cum præcedente eodem tempore haud rara (Siebke). Larva polyphaga: Betula, Prunus, Tilia, Populus, Quercus, (Kaltenb.).

9. *Leucapennella* Hb. 205. — Albifuscella Z. Is. 1839, 206.

Ad Christianiam haud rara occurrit: Ryenbjerg, Stabæk (Sieb.), Grimelund in par. Vestre Aker (Sch.). Mai—Juni. Larva: Lychnis viscaria, Silene nutans (Kaltenb.).

10. *Leneariella* Zell. L. E. IV, 329.

In alpe Dovre ad Fokstuen et Kongsvold a Dr. Wocke lecta. Juni—Juli. Larva: Solidago (Kaltenb.).

11. *Laripennella* Zett. Ins. Lapp. 1011. — Annulatella Tgstr. Bidr. 143. — Frey 215. — Wocke Stett. e. Z. 1862, p. 246.

Hab. in alpe Dovre passim (Boheman, Wocke), etiam ad radicem mont. Skaaddavara in Finmarkia 13 Jul. a Dr. Wocke capta. Jun.—Jul. Larva: Atriplex, Chenopodium (Kaltenb.).

12. *Cæspitiella* Z. Is. 1839, 208. — Frey 214. — Alticolella Z. L. E. IV, 341. — Lacunicolella Z. l. c. 343.

Ad Fokstuen in alpe Dovre medio Junii, ad Bossekop Finmarkiæ initio Julii a Dr. Wocke rarius inventa. Larva: Juncus, Luzula (Kaltenb.).

Lavernidæ.

Chauliodes Tr.

1. *Illigerellus* Hb. 333. — Frey 268. — Falciformis Hw. 555.

Norv. m. or. passim: A Siebke in Tøien et Ryenbjerg ad Christ. nec non in par. Odalen et Aamot haud infr. lecta. Juni. Larva: Aegopodium podagraria (Kaltenb.).

2. *Chærophyllellus* Goeze Btr. III, 4. 169. 292. — Frey 267. — Testaceella Hb. 326. — Fasciculellus Stph. III, IV, 218. T. 39, 1.

Ad Sigstad in parochia Løiten Hedemarkiæ a Dr. Wocke capta. Mai (hib.). Larva: Pastinaca, Sambucus, Heracleum, Anthriscus, Torilis, Angelica (Kaltenb.).

Laverna Curt.

1. *Conturbatella* Hb. 450. — Frey 278. — Elegantella Zett. Ins. Lapp. 1004.

Hab. in Scandinavia sec. Staudinger & Wocke (Cat. p. 319, No. 2572). Larva: Epilobium angustifolium (Kaltenb.).

2. *Idæi* Z. Is. 1839, 211. — Frey 278.

In horto botanico ad Christianiam 26 Jun. rar. (Siebke). Larva: Epilobium (Kaltenb.).

3. *Raschkiella* Z. Is. 1839, 211. — Frey 281.

Ad Bossekop Finmarkiæ rarissime (sec. Wocke: Stett. e. Z. 1862, p. 246). Larva: Epilobium (Kaltenb.).

Heydenia Hofm.

1. *Statariella* Heyd. Stett. e. Z. 1863, 108. — Stgr. & Wocke, Cat. p. 320, No. 2608.

Habitat in Norvegia sec. Stgr. & Wocke (Cat. p. 320, No. 2608).

Tinagma Zell.

1. *Perdicellum* Zell. Is. 1839, 204. — Staudgr. & Wocke Cat. p. 320, No. 2595.

Ad Christianiam rarissime lectum (Siebke).

Elachistidæ.

Butalis Tr.

1. *Chenopodiella* Hb. 320. — Frey 165. — Tristella Tr. XI, 2. 109. — Cylindrea Hw. 529. — Limbella Zett. Ins. Lapp. 1005.

Hab. circa Christianiam haud rara: Tøien fr. (Sieb.), Hægdehaugen (Sch.). Juni.

Obs. Specimen in collect. Sieb., in Ryenbjerg ad Christianiam lectum, sec. Staudinger ad *B. laminellam* HS. (935, V, p. 270) verisimile rereferendum.

Pancalia Curt.

1. *Latreillella* Curt. Br. E. 304. — Frey 166.

Norv. m. or. passim: Ad Christianiam in Ryenbjerg, Grefsenaas (Sieb.), Vestre Aker (Sch.), etiam in par. Krydsherred a Siebke capta. Juni.

2. *Leuwenhoekella* L. F. S. No. 1400. — Frey 166. — Schmidtella Tr. IX, 2. 167, X, 3. 212.

In par. Vestre Aker ad Christ. mens. Junio 1875 a Schneider rarissime lecta. Larva in cortice Laricis (Zebe sec. Kaltenbach).

Endrosis Hb.

1. *Lacteella* Schiff. S. V. p. 139. — Frey 168. — Betulinella Hb. 20. 448. — Fenestrella Stt. I. B. 164. — Sarcitella Stph. III, IV. 210.

Spec. unicum (♂) in Hammerfest 2 Aug. Dr. Wocke legit. Larva: Epilobium hirsutum (Kaltenb.).

Schreckensteinia Hb.

1. *Festaliella* Hb. 449. — Frey 272. — Scissella Hw. 580. — ? Hb. 270. — Angustipennella Stph. III, IV, 282.

Norv. m. or. rarissime, ad Sigstad in par. Løiten Hedemarkiæ spec. unicum 30 Mai Dr. Wocke invenit. Larva: Rubus, Anthriscus (Kaltenb.).

Batrachedra Stt.

1. *Præangusta* Hw. Lep. Br. 530. — Frey 255. — Turdipennella Tr. IX, 2. 210.

Norv. mer. or. rarius: In horto botanico ad Christianiam nec non in paroch. Aamot a Siebke lecta. Juli – August. Larva: Populus tremula, Salix (Kaltenb.).

Elachista Stt.

1. *Montanella* Wocke Stett. e. Z. 1862, p. 247. — Staudgr. Cat. p. 326, No. 2751.

Ad Bergen mense Majo anni 1860 a Dr. Wocke detecta, e larva educata, imago mense Junio egressa.

2. *Grisescens* Wocke Stett. e. Z. 1862, p. 247. — Staudgr. Cat. p. 326, No. 2752.

Ad Bergen nec non ad Throndhjem una cum præcedente detecta, imagines mens. Jun.—Jul. declaratæ (Wocke).

3. *Nigrella* Hw. 582. — ? Hb. 285. — Staudgr. Cat. p. 326, No. 2757.

Hab. ad Christianiam in Tøien et ad Frogner Jun.—Jul. haud rara (Siebke). Larva: Poa nemoralis (Kaltenb.).

4. *Humilis* Z. Stett. e. Z. 1850, 201. — Frey 297. — Humilella HS. V, p. 308.

Ad Throndhjem, e larva educata (Wocke).

5. *Adscitella* Stt. Cat. Suppl. 10, I. B. 259. — Abruptella Stt. I. B. 528 (♀).

In horto botanico ad Christianiam haud rara (Siebke), ad Throndhjem a Dr. Wocke et Staudinger lecta. Larva:

Brachypodium sylvaticum, Aira cespitosa, Sesleria coerulea (Kaltenb.).

6. *Airæ* Stt. Nat. Hist. III, 112, T. 3. 3. — Frey Lin. E. XIII, 223. — Staudgr. Cat. p. 325, No. 2747.

Ad Throndhjem e larva educata (sec. Wocke, Stett. ent. Zeitung 1862, p. 247). Larva: Aira (Kaltenb.).

Lithocolletidæ.

Lithocolletis Z.

1. *Alniella* Z. L. E. I, 229. — Frey 354. — Rajella Z. Is. 1839, 217. — Tenella Stt. Zool. 1848, 2152.

Scandinavia sec. Staudinger (Cat. p. 329, No. 2834). Larva: Alnus (Kaltenb.).

2. *Strigulatella* Z. Is. 1846, 300. — Frey 332. — Rajella Z. L. E. I, 185.

Habitat in tota fere Norvegia haud rara, ubi Alnus prodit, in Norv. m. oc. hucusque non observata: In parochia Asker ad Christianiam initio Augusti lecta (Siebke). In Gudbrandsdalia, ad Throndhjem, Bodø, Tromsø nec non ad Bossekop Finmarkiæ larva in Alno frequens (Wocke). Juni, August.

3. *Ulmifoliella* Hb. 444. — Tr. IX, 2. 187. — Frey 349.

Hab. ad Fokstuen in alpe Dovre mense Junio rarius, ad Bossekop vulgaris (Wocke). Larva: Betula (Kaltenb.).

4. *Spinolella* Dup. XI, 308, 8. — Frey 348. — Hilarella Zett. Ins. Lapp. 1010.

Ad Bossekop in Salice Juni—Juli vulgaris (Wocke). Larva: Salix caprea, S. cinerea, S. aurita (Kaltenb.).

5. *Junoniella* Z. L. E. I, 215 f. 20. — Vacciniella Stt. Ann. 1855, 48.

Ad Bossekop Finmarkiæ mense Julio freq. e larva educata (Wocke). Larva: Vaccinium vitis idæa (Kaltenb.).

6. *Pastorella* Z. L. E. I, 250.

Ad Throndhjem in Pop. tremula mens. Majo a Dr. Wocke capta. Larva: Salix alba, S. viminalis (Kaltenb.).

Lyonetidæ.

Lyonetia Hb.

1. *Clerkella* L. S. N. X, 542. — Clerckella Tr. IX, 2. 191. — Frey 313. — Argyrodactyla Schiff. S. V. 320.

In horto botanico ad Christianiam frequens (Siebke). Larva: Sorbus, Betula, Prunus, Pyrus (Kaltenb.).

Nepticulidæ.

Nepticula Z.

1. *Tristis* Wocke Stett. e. Z. 1862, p. 251.

Ad Bossekop Finmarkiæ a Dr. Wocke detecta, e larva in Betula nana capta educata.

2. *Comari* Wocke Stett. e. Z. 1862, p. 253. — Palustrella Frey Schweiz. e. G. 1870, p. 287.

Ad Bossekop Finmarkiæ a Dr. Wocke detecta, larva in Comaro palustri.

3. *Tengstroemi* Nolck Fn. II, n. 879.

Ut Norvegiæ incola a Dr. Wocke dubie allata (Cat. p. 338, No. 3040). Larva: Rubus chamæmorus (Wocke).

4. *Lapponica* Wocke Stett. e. Z. 1862, p. 251.

Ad Bossekop Finmarkiæ mens. Mai—Juni in Betula alba a Dr. Wocke detecta.

II. Micropterygina.

Micropteryx Hb.

1. *Calthella* L. F. S. No. 1432. — Frey 48.

Mas & femina. Fusco-cinerea, opaca. Frons cinerea. Antennæ maris longitudine capitis thoracisque, feminæ paullo breviores, pubescentes, cinerascentes, articulo 2do interdum pallido. Palpi cinerei. Thorax antice gibbus, linea transversa postcollare pallescente. Scutellum et metathorax rufescente-cinerea. Abdomen in exsiccatis depressum, fusco-cinereum, parum pilosum, ano magno ferruginante, basi plus minusve fusco: in mare clavato, basi nigro-fusco, valvis extensis, lateralibus subfornicatis, emarginatis, infero tumido subtus flavo-villoso, interioribus subnitidis, flavidis, apice flavido-villosis; in femina basi tumido, stylis vaginantibus longiusculis, acutis, ferruginantibus, inferioribus magis pellucidis. Alæ modice latæ, cinereo-hyalinæ, immaculatæ, stigmate dilute cinereo, pone nervulum transversum apicalem nervi longitudinalis primi et inter apices hujus nervi et nervi longitudinalis secundi extenso. Nervi subtenues, fusci, longitudinalis 3tius (a margine interiore) validior, subduplicatus, axillaris modice longus apice arcuatus, nervus longitudinalis tertius, e medio nervi longitudinalis 2di ortus, furcatus, petiolo furcæ ramis circiter $^{2}/_{3}$ breviore, transversi medii lineam rectam formant, sed ordinarius magis ad marginem interiorem retractus quam in ceteris speciebus hujus generis, ita ut hic nervus cum nervo, qui apicem areolæ discoidalis terminat, lineam arcuatam formet, unde 2 areæ basales inæquales exstant. Areola discoidalis irregulariter pentagona. Halteres pallidi, clava fuscescente. Pedes longiusculi, tenues, fusco-testacei, apice coxarum femorumque basi pallidioribus.

Gen. **Cylindrotoma** Macq.

1. *C. distinctissima* Meig., Zett. X, 3902 (m & f).

Habitat ad Engen Tyldaliæ in Østerdalia, in alpe Dovre in Drivdalen et ad Ørskoug in Søndmøre (ipse), ad Kælahøg, Næs, Levanger et Alstadhaug abundanter, in monte Gamstentind Nordlandiæ parcius (Zett.). Juli—August.

Var. b Zett. (f) in alpe Dovre Dom. Boheman legit (secundum Zetterstedt).

2. *C. glabrata* Meig., Dipt. I, 142. 47 et VI, 274. — Shiner Faun. Austr. II, 563. – Siebke, Nyt Magazin 1866, pag. 46.

In parochia Ramnæs in Jarlsberg 27 Juli 1865 a me deprehensa; in Suecia nondum reperta. (A Siebke l. c. exacte descripta).

Gen. **Symplecta** Meig.

1. *S. punctipennis* Meig., Zett. X, 3908 (m & f).

Habitat ad Christianiam in horto botanico, in alpe Dovre ad Kongsvold et Fokstuen in *Urtica* nec non ad Veblungsnæs Romsdaliæ (ipse), ad Alstadhaug (Zett.). Mai—August. Variat nervis transversis late infuscatis; ad Christianiam & Alstadhaug reperta.

2. *S. stictica* Meig., Zett. X, 3909 (m & f).

In Tøien ad Christianiam mense Majo 1845 a me deprehensa.

3. *S. similis* Stæger, Zett. X, 3910 (m & f).

Feminam ad Christianiam in Tøien & Bækkelaget reperi, in alpe Dovre (Boheman). Mai—Juli.

Gen. **Tipula** Lin.

1. *T. gigantea* Schrank, Zett. X, 3914 (m & f).

Hab. circa Christianiam passim, in Tøien, Brovold, ad prædium Linderud atque in monte Grefsenaas mihi obvia. Juni.

2. *T. lutescens* Fabr., Zett. X, 3916 (m & f).

Ad Christianiam in Bækkelaget et monte Grefsenaas reperta. Juni–Juli.

3. *T. scripta* Meig., Zett. X, 3918 (m & f).

In Norvegia mer. et central. fere ubique occurrit: Ad Fredrikshald, Staværn, circa Christianiam fere ubique, in parochiis Røken, Enebak, Krydsherred, Vang in Valders, Aamodt Østerdaliæ (ad Aaset), Vaage & Sell Gudbrandsdaliæ, in alpe Dovre ad Fokstuen ut et in insula Smølen in Nordmøre, sat frequens. Juni–August.

Var. b Zett. (f) in Tøien ad Christianiam mense Junio 1845 detexi.

4. *T. nubeculosa* Meig., Zett. X, 3920 (m & f).

Hab. ad Mustorp parochiæ Edsberg in Smaalehnene, circa Christ. in Tøien & par. Asker, in Store Elvedal et Tyldal Østerdaliæ, in alpe Dovre ad Fokstuen et Drivstuen nec non ad Throndhjem. Mai—August.

5. *T. hortensis* Meig., Zett. X, 3921 (m & f).

Feminam ad Christianiam in Tøien et ad Grundset in par. Elverum Østerdaliæ mense Julio cepi.

6. *T. speculum* Zett. X, 3924 (m & f).

Hab. in Aamodt Østerdaliæ ad Aaset, in par. Vang in Valders, in alpibus Hemsedalsfjeld, Filefjeld ad Nystuen, in alpe Dovre ubique frequens, in Gudbrandsdalia in par. Sell & Foldalen, atque ad Throndhjem (ipse), in alpe Kælahøg Værdaliæ 22 Juli 1840 rarissime (Zett.). Juli—August.

7. *T. truncorum* Meig., Zett. X, 3926 (m & f).

Ad Sarpsborg a Dom. Grimsgaard inventa, in Tøien ad Christianiam, in parochia Land et ad Veblungsnæs Romsdaliæ (ipse), ad Garnæs Værdaliæ (Zetterstedt).

8. *T. varipennis* Meig., Zett. X, 3927 (m & f).

Hab. ad Christianiam, Sarpsborg (Grimsgaard), Kongsvinger, in par. Odalen ad Ous, in parochiis Fron, Vaage & Sell Gudbrandsdaliæ, in alpe Dovre ad Fokstuen et Jerkin frequens. Ad Alstadhaug, Levanger, Næs, Garnæs et Suul Værdaliæ valde frequens (Zett.). Juni—Juli.

9. *T. micans* Zett. X, 3930 (f).

Ad Christianiam in Tøien mens. Septbr., in alpe Hemsedalsfjeldet ad Bjøberg nec non ad Veblungsnæs Romsdaliæ a me deprehensa. August—September.

10. *T. marmorata* Meig., Zett. X, 3931 (m & f).

In Tøien ad Christianiam, ad Drivstuen in alpe Dovre, Ormem et Veblungsnæs Romsdaliæ et ad Muri Valdaliæ in Søndmøre mihi obvia. Juli—September.

11. *T. signata* Stæger, Zett. X, 3932 (m & f).

Hab. ad Christianiam in Tøien & monte Rynbjerg, in par. Vaage Gudbrandsdaliæ ad Svee atque ad Ormem et Veblungsnæs Romsdaliæ haud raro. Juni—September.

12. *T. crassicornis* Zett. X, 3933 (m & f).

Feminam ad Nystuen in alpe Filefjeld nec non ad Fokstuen in alpe Dovre mense Julio cepi.

13. *T. 8-lineata* Zett. X, 3936 (m & f).

Hab. in parochiis Edsberg in Smaalehnene, Store Elvedalen Østerdaliæ, Sell Gudbrandsdaliæ ad Laurgaard, in alpe Dovre ad Fokstuen (ipse), ad Suulstuen Værdaliæ (Zetterstedt). Mai—Juli.

14. *T. nigricornis* Maqc., Zett. X, 3937 (m).

Ad diversorium Suul Værdaliæ in jugo alpino 14 Juli 1840 in exemplo uno a prof. Zetterstedt detecta.

15. *T. vernalis* Meig., Zett. X, 3941 (m & f).

Hab. ad Sarpsborg (Grimsgaard), circa Christianiam ubi-

que ex. gr. in Tøien, Rynbjerg & par. Asker, ad Lillestrømmen in Romerike, ad Aaset in Aamodt Østerdaliæ, in alpe Dovre ubique valde frequens (ipse), ad Alstadhaug & Levanger rarius (Dahlbom). Mai—August.

16. *T. pabulina* Meig., Zett. X, 3942 (m), XI, 4358 (f).

In horto botanico ad Christianiam mense Junio 1851 & 52 inventa, ubi etiam feminam detexi.

17. *T. longicornis* Schum., Zett. X, 3944 (m & f).

In par. Aamodt Østerdaliæ ad Aaset, Næs Hallingdaliæ, ad Nystuen in alpe Filefjeld, in parochiis Vaage (ad Svee) & Sell (ad Laurgaard) Gudbrandsdaliæ atque in alpe Dovre ad Fokstuen deprehensa; ad Alstadhaug prope Levanger semel a Dom. Zetterstedt 8 Jul. 1840 capta. Juni—Juli.

18. *T. circumdata* Siebke, Nyt Mag. 1863, pag. 182 (m).

„Dilute cinerea, thoracis vittis dorsalibus 4 fuscis; antennis thorace paullo longioribus, nigris, articulis 3 basalibus ferrugineis, rostro et palporum basi rufescentibus; abdomine lurido, vittis 3 anoque fuscis; alis cinerascentibus, obsolete et sparce albo-maculatis, stigmate fusco; pedibus ferrugineis, femorum, tibiarum tarsorumque apice fuscis." Long. 5 decimall. (m).

Ad Drivstuen in alpe Dovre 17 August 1861 specimina 4 mascula in gramine detexi.

T. longicornis Schum. similis, dilute cinerea. Antennæ ut in illa constructæ, sed articulis 3 basalibus ferrugineis, tertio ima basi fusco. Thorax etiam ut in illa. Abdomen luridum, vittis 3, una dorsale & 2 lateralibus, segmentis apicalibus anoque fuscis. Segmentum ultimum ventrali penultimo longiore apice emarginatum & ciliatum. Anus mediocris, valvis exterioribus fuscis, lateralibus apice vix emarginatis, angulo supero producto, acuminato; partibus interioribus parum prominulis, flavidis. Alæ cinerascentes, stigmate, puncto obsoleto ad medium costæ nervisque transversis basalibus fuscis. Maculæ albæ, 1 ante, 1 pone stigma et 2 ad basin areæ discoidalis,

distinctiores, unaque in centro alæ obsoleta. Nervi fusci, basales & longitudinalis secundus dilutiores, longitudinalis 1 & 3 a margine interiore crassiores. Area discoidalis oblongo-subpentagona, ramis nervi furcati petiolo fere triplo longioribus, inferiore ventricoso. Ramus inferior ab area discoidali emissus, arcuatus. Ramulus superior furcæ ad costam pone stigma brevis, integer fuscus. Halteres pallidi, clava fusca. Pedes longiusculi, tenues, flavidi, coxis anticis cinerascentibus, femorum tibiarumque apice anguste fusco, tarsis extrorsum dilute fuscis.

19. *T. ochracea* Meig., Zett. X, 3947 (m & f).

Hab. ad Christianiam in Tøien et monte Rynbjerg, in parochiis Grue in Solør, Aamodt & Elverum Østerdaliæ, ad Svee parochiæ Vaage in Gudbrandsdalia, in alpe Dovre ad Fokstuen, Kongsvold & Drivstuen (ipse), ad Alstadhaug et Næs non parce (Zett.).

20. *T. fascipennis* Meig., Zett. X, 3948 (m & f).

Ad Sarpsborg a Dom. Grimsgaard inventa, ad Staværn, circa Christianiam ubique, in parochiis Nittedalen, Røken, Enebak, Grue in Solør, Aamodt & Elverum Østerdaliæ quoque occurrit. Juni—Juli.

21. *T. lætabilis* Zett. X, 3950 (m & f).

Ad Fredrikshald et ad Moen in par. Fron Gudbrandsdaliæ a me deprehensa. Juli—August.

22. *T. nodicornis* Hoffmgg., Zett. X, 3952 (m & f).

Habitat in Norvegia centrali rarius, ad Laurgaard in Sell Gudbrandaliæ atque in alpe Dovre ad Jerkin mihi obvia. Juni—Juli.

23. *T. selene* Meig., Zett. X, 3955 (m & f).

Ad Christianiam in Tøien et Brovold, in Elverum Østerdaliæ ad Grundset, ad Svee in Vaage Gudbrandsdal. nec non in insula Smølen in Nordmøre reperta. Juli—August.

24. *T. flavo-lineata* Meig., Zett. X, 3957 (m & f).

Utrumque sexum in Tøien ad Christianiam Junio legi.

25. *T. oleracea* Lin., Zett. X, 3958 (m & f).

Hab. ad Fredrikshald, Staværn, Christianiam in Tøien, in parochiis Elverum & Aamodt Østerdaliæ atque in insula Smølen. Juni—October.

26. *T. paludosa* Meig., Zett. X, 3960 (m & f).

Hab. ad Sarpsborg (Grimsgaard), in Tøien ad Christianiam, in parochiis Enebak, Krydsherred et Stordalen in Søndmøre quoque observata. Juli—August.

27. *T. marginata* Meig., Zett. X, 3961 (m & f).

Feminam ad Christianiam in horto botanico et par. Nittedalen mens. Jun. & Jul. reperi.

28. *T. lateralis* Meig., Zett. X, 3962 (m & f).

Hab. ad Fredrikshald, circa Christianiam ubique ex. gr. Tøien & Bækkelaget, in par. Elverum et Aamodt Østerdaliæ, Næs Hallingdaliæ nec non in alpe Dovre ad Fokstuen, Mai—August.

29. *T. diana* Meig., Zett. X, 3966 (m & f).

Ad Christianiam in Tøien et Hovind, in Sell Gudbrandsdaliæ ad Laurgaard haud raro et ad Aalesund lecta. Jun.—Jul.

Mas in copula cum femina capta, antennas totas nigras, nec ut in descriptione Zetterstedtii articulum primum rufescentem, habet. Rostrum feminæ interdum tantum apice testaceo.

30. *T. serricornis* Zett. X, 3969 (m).

In par. Alten Finmarkiæ a prof. Zetterstedt capta, mihi nondum obvia.

31. *T. subserricornis* Zett. X, 3970 (m & f).

Inter Suul et Kongstuen Værdaliæ utrumque sexum 29 Jun. & 16 Jul. 1840 Dom. Zetterstedt invenit.

32. *T. subnodicornis* Zett. X, 3971 (m & f).

Hab. in Tøien ad Christianiam atque in alpe Hemsedalsfjeldet ad Bjøbjerg mense Julio rarissime (ipse), in alpe Kælahøg usque in regionem nivalem adscendens, non parce (Zetterstedt).

33. *T. grisescens* Zett. X, 3972 (m & f).

Marem ad Kongsvold in alpe Dovre 13 August 1861 inveni.

34. *T. luteipennis* Meig., Zett. X, 3974 (m & f).

Habitat ad Christianiam in Tøien & Østre Skøien nec non ad Throndhjem. September.

Var. b Zett. (m) ad Tøien et Skøien.

Var. c Zett. (m) in Skøien et ad Throndhjem cepi.

35. *T. lineata* Stæger, Zett. X, 3975 (m & f).

Ad Christianiam in Tøien et in alpe Dovre ad Drivstuen observata. August.

Variat abdomine vittis 3, una media, 2 lateralibus. Ad Kongsvold et Drivstuen reperta.

36. *T. pruinosa* Meig., Zett. X, 3978 (m & f).

Hab. ad Sarpsborg (Grimsgaard), circa Christianiam fere ubique, in parochia Enebak, Fet in Romerike, Rendal Østerdaliæ ad Aakre, ad Svee in Vaage Gudbrandsdaliæ et in alpe Dovre ad Jerkin & Kongsvold. Juni—Juli.

Variat antennarum articulo 3tio basi flavo.

37. *T. Siebkei* Zett. XI, 4359 (m & f).

Habitat ad Christianiam in Kongshavn et Bækkelaget mens. Junio & Julio, 30 Jun. 1847 a me primum detecta.

38. *T. pagana* Meig., Zett. X, 3980 (m).

Marem ad Christianiam in Tøien, Tveten et Skøien mens. September reperi.

39. *T. nigra* Meig., Zett. X, 3981 (m & f).

Ad Sarpsborg a Dom. Grimsgaard inventa, in Tøien ad Christianiam, ad Moshus in par. Øier et ad Laurgaard parochiæ Sell Gudbrandsdaliæ ut et ad Kongsvold in alpe Dovre (ipse). Juli—August.

40. *T. salicetorum* Siebke, Nyt Mag. f. Naturv. 1870, pag. 64 (m & f).

„Cinerea, thoracis vittis dorsalibus 4 obscuris fuscis; antennis maris thoracis fere longitudine, feminæ brevioribus, nigris, pilosis, articulis basalibus 2 cinereis, flagello subnodoso; palpis obscuris; alis dilute cinereis, nervis validis, stigmateque perspicuo fuscis; pedibus in femina validis, in utroque sexu nigricantibus, femorum tibiarumque basi ferrugineo; ano in mare mediocri, basi fusco, apice ferrugineo, in femina brevi subferrugineo; stylis brevibus, rectis, ferrugineis.“ Long. mas $4^1/_2$, fem. 5 decimall. (m & f).

Ad Nystuen in alpe Filefjeld in foliis *Salicum* 27 Juli—1 August frequenter lecta, postea ad Øylo in parochia Vang in Valders in copula reinventa.

A *T. diana*, cui similis, antennis totis nigris et forma genitalium differt, a *T. lunata* lunula antestigmaticali alba deficiente, a *T. subserricornis* antennis pilosis et lunula deficiente distincta.

40. *T. opaca* Siebke, Nyt Mag. 1872, pag. 61, No. 460 (f).

„Cinerea, thoracis vittis dorsalibus 3 fuscis, media lata; antennis palpisque fuscis, illis articulis basalibus luridis; abdominis vittis 3 nigro-fuscis; alis cinereis, nervis et stigmate fuscis, lunula albida; pedibus ferrugineis, femorum tibiarumque apice tarsisque obscuris; ano nigro, stylis subulatis, rectis, ferrugineis.“ Long. $6^1/_2$ decimall. (f).

Ad lacum Storsøen in parochia Aamodt Østerdaliæ 5 Aug. 1870 detecta.

Femina: Tota cinerascens. Caput griseum, linea longitudinali fusca. Antennæ pilosæ, nigræ, articulo primo lurido, ad apicem fusco-cinereo, 2do flavo, 3tio et 6to apice flavescentibus, reliquis nigris. Rostrum lurido-cinereum. Palpi obscuri, articulis 2 basalibus luridis. Thoracis vittæ dorsales 3, media lata, integra, laterales antice abbreviatæ. Abdomen lurido-cinereum, vittis 3 fuscis. Anus brevis, nitidus, supra niger, subtus ferrugineus, stylis rectis ferrugineis. Alæ cinerea, lunula stigmaticali alba, per areolam discoidalem extensa. Nervi obscuri distincti, primus & tertius longitudinalis a margine interiore et nervus transversus inferior validi et infuscati. Areola oblonga. Rami furcæ ordinariæ petiolo fere triplo longiores. Ramus superior furcæ anterioris pone stigma integer. Halteres pallidi, clava fusca. Pedes flavo-forruginei, coxarum basi cinerascente, femorum tibiarumque apice tarsisque totis fuscis.

A *T. lateralis*, cui similis, colore thoracis, antennarum et vittarum abdominalium distincta.

Gen. **Pachyrhina** Macq.

1. *P. crocata* Lin., Zett. X, 3987 (m & f).

Habitat ad Tangeraas in par. Strandebarm in Søndhordland (Schneider), Sarpsborg (Grimsgaard), in par. Edsberg, ad Lillestrømmen in Romerike, circa Christ. frequens, ad Kongsvinger, in par. Elverum Østerdaliæ ad Grundset atque in alpe Dovre ad Kongsvold observata. Juni – August.

2. *P. pratensis* Lin., Zett. X, 3989 (m & f).

Circa Christianiam passim occurrit: In Tøien, Rynbjerg, par. Næsodden; in par. Røken etiam lecta, alibi in Norvegia, quantum scio, non reperta. Juli—August.

3. *P. sannio* Stæger, Zett. X, 3994 (m & f).

In Norvegia mer. et central. passim: Fredrikshald, Sarpsborg (Grimsgaard), ad Christ. in Tøien et Hovind, in paro-

chiis Røken, Land, Nordrehaug Ringerikiæ ad Tandberg, Elverum & Aamodt Østerdaliæ, ad Toftemoen parochiæ Dovre Gudbrandsdaliæ nec non in alpe Dovre ad Drivstukleven. Juli—August.

Var. c Zett. (m) in par. Nordrehaug Ringerikiæ inveni.

4. *P. cornicina* Lin., Zett. X, 3996 (m & f).

Habitat in Norv. mer. et central. ubique, a Fredrikshald, Sarpsborg (Grimsgaard) per Østerdaliam, Gudbrandsdaliam, Ringerike, Valders, Romsdaliam usque ad Drivstuen in alpe Dovre. Juli - September.

5. *P. maculosa* Meig., Zett. X, 3997 (m & f).

Ad Mustorp in par. Edsberg in Smaalehnene, in horto botanico ad Christ. frequens, in Østerdalia ad Aaset in par. Aamodt et ad Throndhjem mihi obvia. Juli.

6. *P. histrio* Fabr., Zett. X, 3999 (m & f).

Circa Christianiam ubique occurrit ex. gr. in Tøien, Disen, Bækkelaget, in par. Nittedalen, ad Lillestrømmen in Romerike, et ad Aaset in Aamodt Østerdaliæ etiam capta. Juni—Aug.

7. *P. scurra* Meig., Zett. X, 4000 (m & f).

Hab. ad Fredrikshald, Christianiam, Sandefjord, Fedtsund in Romerike, in parochiis Nittedalen, Enebak, Næs Hallingdaliæ, Land, Vaage et Dovre Gudbrandsdaliæ, Elverum & Aamodt Østerdaliæ (ipse), ad Østre Næs Værdaliæ a prof. Zetterstedt lecta. Juni—August.

Var. b Zett. (m & f) in par. Vaage Gudbrandsdal. initio Julii cepi.

8. *P. varicornis* Schumm., Zett. X, 4002 (m & f).

Circa Christianiam passim, in Skøien, monte Rynbjerg, Bækkelaget et Kongshavn (in copula 18 Juni 1852); in Nittedalen prope Christianiam et ad Moshus in par. Øier Gudbrandsdaliæ a me quoque deprehensa. Juni—Juli.

Gen. **Psiloconopa** Zett.

1. *Ps. Meigenii* Zett. X, 4007 (m & f).

In Nordlandia in alpe Gamstentind et aliis adjacentibus mense Julio 1821 Dom. Zetterstedt utrumque sexum detexit.

Gen. **Ctenophora** Fabr.

1. *Ct. pectinicornis* Lin., Zett. X, 4012 (m & f).

Hab. ad Christianiam in Linderud et Tøien (Moe & ipse), etiam in Aamodt Østerdaliæ ad Aaset observata. Juni.

2. *Ct. flaveolata* Fabr., Zett. X, 4014 (m & f).

Ad Christianiam a Dom. stud. Grøndahl deprehensa.

3. *Ct. guttata* Meig., Zett. X, 4016 (m & f).

Ad Christianiam in Tøien et insula Ormøen nec non ad Kongsvinger a me lecta. Juni—Juli.

4. *Ct. atrata* Lin., Zett. X, 4017 (m & f).

A Schneider semel ad Bergen reperta, ad Christianiam in Tøien & par. Nittedalen, ad Kongsvinger atque in Østerdalia ad Aaset in Aamodt (ipse). Juni—Juli.

Var. b Zett. (f) in alpe Dovre ad Fokstuen,

Var. c Zett. (m) ad Christ. in horto botanico mente Junio inveni.

5. *Ct. bimaculata* Lin., Zett. X, 4022 (m & f).

Hab. ad Staværn, Christianiam in Tøien, ad Hønefos, in par. Edsberg ad Mustorp, ad Grundset in Elverum nec non ad Nygaard in par. Aamodt Østerdaliæ inventa. Juni—Juli.

Gen. **Ptychoptera** Fabr.

1. *Pt. contaminata* Lin., Zett. X, 4025 (m & f).

In alpe Kælahøg Værdaliæ a prof. Zetterstedt rarius lecta, mihi nondum obvia.

2. *Pt. lacustris* Meig., Zett. X, 4026 (m & f).

Feminam in par. Nittedalen prope Christianiam 4 Juli 1865 reperi.

3. *Pt. paludosa* Meig., Zett. X, 4027 (m & f).

Habitat ad Christianiam in Østre Skøien et Linderud mense Junio rarius.

4. *Pt. scutellaris* Hoffmgg., Zett. X, 4029 (m & f).

Hab. ad Christianiam in Tøien, ad Fokstuen in alpe Dovre et ad Throndhjem (ipse); ad Næs, in alpe Kælahøg Værdaliæ nec non in insula Senjen Nordlandiæ non parce (Zett.).

Gen. **Dicranota** Zett.

1. *D. Guerini* Zett. X, 4034 (m & f).

In alpe Dovre ad Fokstuen, Jerkin et Kongsvold, etiam ad Fladmark in Romsdalia rarius capta. Juli—August.

Var b Siebke, Nyt Mag. f. Naturv. 1864, pag. 184.

„Ramus nervi 4ti longitudinalis superior etiam furcam brevissimam format, ut in *Limnobia bimaculata*, sed multo breviorem.“ In alpe Dovre 1861 cum forma genuina inventa.

Gen. **Tricyphona** Zett.

1. *Tr. immaculata* Meig., Zett. X, 4036 (m & f).

Hab. per totam Norvegiam sat frequens: Ad Christianiam in Kongshavn, in par. Vang in Valders, alpibus Hemsedalsfjeld et Filefjeld ad Nystuen ut et ad Moshus parochiæ Øier Gudbrandsdaliæ (ipse), in alpe Kælahøg in ipsa nive ambulans, ad Suul Værdaliæ (Dahlbom), in Nordlandia in insula Senjen et ad Alten Finmarkiæ haud raro (Zetterstedt). Juni—August.

Gen. **Dolichopeza** Meig.

1. *D. silvicola* Meig., Zett. X, 4039 (m & f).

Ad Christianiam in Østre Skøien et parochia Nittedalen, etiam ad Laurgaard in par. Sell Gudbrandsdaliæ observata. Juni—Juli.

Gen. **Trichocera** Meig.

1. *Tr. hiemalis* De Geer, Zett. X, 4041 (m & f).

Hab. ad Christianiam in Tøien, monte Rynbjerg, par. Nittedalen, Nordrehaug Ringerikiæ, ad Nystuen in alpe Filefjeld, Lillehammer atque in alpe Dovre ad Fokstuen, Kongsvold & Drivstuen (ipse), in Nordlandia ad Bjørkvik (Zett.). Mai—November.

2. *Tr. parva* Meig., Zett. X, 4043 (m & f).

Hab. ad Christianiam in Tøien, in par. Dovre Gudbrandsdaliæ ad Toftemoen et in alpe Dovre ad Kongsvold et Drivstuen. August—October.

3. *Tr. regelationis* Lin., Zett. X, 4045 (m & f).

Circa Christ. a D. Moe et Dahlbom reperta, mihi etiam in alpe Dovre ad Fokstuen et Kongsvold obvia. Mai, Juli, Aug.

4. *Tr. maculipennis* Meig., Zett. X, 4046 (m & f).

Ad Christianiam in Tøien atque in alpe Dovre in Drivdalen & ad Kongsvold observata. August.

Variat mas magnitudine minore, circ. $1^3/_4$ lin.

5. *Tr. hirtipennis* Siebke, Nyt Mag. f. Nat. 1864, pag. 184 (m & f).

„Fusco-brunnea, subnitida; alis fusco-hyalinis, immaculatis, hirsutis, halteribus albidis clava obscuriore, pedibus fuscis basi pallescentibus.“ Long. $2^3/_4$ decimall. (m & f).

In alpe Dovre ad Drivstuen et in Drivdalen 3—21 August 1861 6 specimina detexi.

Mas & Femina: Fusco-brunnea, subnitida. Antennæ hirsuta; extrorsum fuscescentes, articulis 2 basalibus æqualibus

cyathiformibus. Palpi in vivis pallidi. Thorax fusco-brunneus, scutello metathoraceque dilutioribus, hoc plano triangulare impresso. Abdomen depressum, pilosulum, incisuris paullo obscurioribus. Ano maris obtuso, forcipe brevi, feminæ (?) stylis obtusis. Alæ fusco-hyalinæ, immaculatæ, basi angustatæ, stigmate obsoletissimo, nervis margineque hirsutis. Nervus axillaris longiusculus bis flexuosus, longior quam in ceteris speciebus hujus generis; nervus transversus ordinarius in apice aut paullo pone apicem areæ discoidalis insertus. Nervi furcati petiolus ramis furcæ æqualis. Halteres albidi, clava post mortem fuscescente. Pedes pallide fuscescentes, in exsiccatis obscuriores. Rectius in novum genus ponenda, alis hirsutis et nervo axillari bis flexuoso in primis a genere *Trichocera* differt.

Fam. Mycetophilinæ Zett.

Gen. **Dixa** Meig.

1. *D. aprilina* Meig., Zett. X, 4049 (m & f).

Feminam in Tøien ad Christianiam, in par. Aamodt Østerdaliæ ad Aaset atque ad Laurgaard in Sell Gudbrandsdaliæ legi. Juli—August.

2. *D. maculata* Meig., Zett. X, 4050 (m & f).

In horto botanico ad Christianiam 5 April 1850 reperta.

3. *D. nebulosa* Meig., Zett. X, 4051 (m & f).

Ad Christianiam rarius occurrit, a me in Tøien et Brovold mens. Jul. & Septbr. deprehensa.

Gen. **Boletophila** Hoffmgg.

1. *B. bimaculata* Zett. X, 4055 (m & f).

Hab. ad Christianiam in Østre Skøien et ad Svee in par. Vaage Gudbrandsdaliæ (ipse), ad Ofotenfjord Nordlandiæ parce (Zett.). Juni—Juli.

2. *B. fusca* Meig., Zett. X, 4056 (m & f).

Tantum ad Christianiam in Tøien et Brovold mas mihi obvius fuit, Mai, September; etiam ad Toftemoen in parochia Dovre Gudbrandsdaliæ mense Augusto 1873 observata.

3. *B. cinerea* Meig., Zett. X, 4057 (m & f).

Ad Christianiam in Brovold et Kongshavn, in alpe Dovre ad Kongsvold in Sprenbækdalen in locis humidis capta. Juni, August—September.

4. *B. dubia* Siebke, Nyt Mag. 1861, pag. 185 (m & f).

„Fusca, thorace testaceo vittis 3 dorsalibus fuscis; antennis palpisque fuscis, articulis basalibus flavis; alis hyalinis, macula stigmaticali dilute fusca, nervulo transverso superiore mox pone apicem nervi longitudinalis 2di in costam excurrente; halteribus pallidis, clava fusca; pedibus flavescentibus, tibiarum apice tarsisque obscuris.“ Long. 2 decimall. (m & f).

Ad Drivstukleven in alpe Dovre in betuletis 17 August 1861 utrumque sexum detexi.

Mas & femina: Fusca opaca. Caput cinereum. Antennæ in mare longitudine circiter corporis, in femina $^1/_4$ breviores, fuscæ, articulis 3 primis (in femina tantum basi tertii) flavis. Palpi fusci, articulis basalibus flavis. Thorax testaceus, dorso vittis 3 fuscis, abbreviatis, pleuris in femina schistaceis. Abdomen cinereum, ano maris fusco. Alæ hyalinæ, macula stigmaticali et nervis ut in *Bol. fusca.* Halteres pallidi, clava fusca. Coxæ flavæ, femora et tibiæ testacea, harum apice tarsisque fuscis; metatarsus anticus femore longior.

B. fuscæ similima, thoracis, antennarum et palporum colore diversa.

Gen. **Macrocera** Panz.

1. *M. lutea* Panz., Zett. X, 4060 (m & f).

Habitat ad Christianiam in Skøien et Kongshavn et in alpe Dovre ad Kongsvold (ipse), ad Alstadhaug, Levanger et Suul

Værdaliæ nec non in insula Haksten prope Sjervø Nordlandiæ (Zett.). Juni—Juli.

Var. b Zett. (m) ad Sjervø semel 27 Juli 1821 a prof. Zetterstedt reperta.

2. *M. fasciata* Meig., Zett. X, 4061 (m & f).

Ad Fredrikshald in Tistedalen, Christianiam in Tøien, in parochia Enebak (ipse), a Dom. Boheman in alpe Dovre deprehensa (sec. Zett.). Juli—August.

3. *M. angulata* Meig., Zett. X, 4064 (m & f).

Marem ad Christianiam in Tøien et in par. Enebak ad lacum Øiern inveni. Mai, Juli.

4. *M. vittata* Meig., Zett. X, 4063 (f).

Hæc rara species ad Kongsvold in alpe Dovre 27 Juli 1873 a D. Siebke lecta est. (Secundum notam marginalem in exempl. ejus „Diptera Scandinaviæ.“ Schneider).

Gen. **Platyura** Meig.

1. *Pl. fasciata* Meig., Zett. X, 4078 (m & f).

Feminam in par. Rendal Østerdaliæ an. 1848 inveni.

2. *Pl. nigricornis*, Meig., Zett. X, 4079 (f).

Femina ad Christianiam lecta est.

3. *Pl. ochracea* Meig., Zett. X, 4082 (m & f).

Hab. ad Christianiam in Tøien passim, etiam ad Veblungsnæs et Horgheim in Romsdalia mense Augusto 1864 lecta. Marts, Juli—September.

Gen. **Gnoriste** Hoffmgg,

1. *Gn. apicalis* Hffg., Zett. XI, 4092 (m & f).

In alpe Dovre ad Jerkin 27 Juli 1853 rarissime a me inventa.

2. *Gn. longirostris* Siebke, Nyt Mag. 1864, pag. 186 (m).

„Nigro-cinerea, subnitida, capite cum rostro et palpis concoloribus, antennis fuscis basi brunnescentibus, thoracis vittis 3 dorsalibus atris, glabris; alis cinereo-hyalinis; halteribus pedibusque flavis, trochanteribus, tibiarum apice tarsisque nigris.“ Long. 3 decimall. (m).

In Drivdalen insignis alpis Dovre 13 August 1861 a me detecta.

Mas: Subnitida, nigro-cinerea. Antennæ thorace nonnihil longiores, fuscæ, articulo secundo basique tertii pallescentibus. Rostrum dimidio corporis fere longius; palpi 4 articulati: articulis 2 primis cylindricis, secundo priori duplo longiore, 2 exterioribus crassioribus, 3tio rutundato, 4to conico. Thoracis dorso cinereum, sparce griseo-pilosum, vittis 3 atris, glabris, media postice, lateralibus antice abbreviatis, sutura transversa in fundo ferruginante. Scutellum, metathorax et pectus nigricantia. Abdomen in vivo cylindricum (in exsiccato compressum), postice vix crassius, nigro-cinereum, griseo-puberulum. Alæ cinereo-hyalinæ, ima basi pallescentes, nervis fuscis. Halteres toti pallide flavi, clava oblonga. Pedes flavi, coxis posticis fuscescentibus, trochanteribus omnibus nigris; femoribus anticis tibiis nonnihil longioribus, tibiis metatarsisque subæque longis; femoribus posterioribus apice brunnescentibus, tibiis fusco-pallidis apice nigricantibus, posticis tenuiter nigro-spinulosis, calcaribus apicalibus pallide flavis, tarsis nigricantibus.

A *Gn. apicalis*, cui similis, rostro longo, vittis thoracis abruptis et macula obscura in apice alæ deficiente in primis distincta.

3. *Gn. trilineata* Zett. XI, 4095 (m), Siebke, Nyt Mag. 1864, pag. 187 (f).

Hab. in Norv. mer. & central. rarissime: Mas primum ad Christianiam in Tøien et ad Moshus parochiæ Øier Gudbrands-

daliæ 1850 a me detectus, postea feminam ad Kongsvold in alpe Dovre 20 August 1861 inveni. Juli—August.

Femina „pleuris nigro-irroratis, trochanteribus nigris, femoribus flavis sine annulo basali, abdominis segmento primo ad latera et subtus ferrugineo, 2do—6to angulo laterali macula ferruginea, 7mo fusco, appendicibus ani fusco-ferrugineis“ a mare differt.

Gen. **Sciophila** Hffgg.

1. *Sc. 3-vittata* Zett. XI, 4103 (m & f).

Habitat ad Christianiam in Tøien et Skøien, ad Aaset in parochia Aamodt Østerdaliæ quoque observata. Juni—September.

2. *Sc. fasciata* Fries, Zett. XI, 4105 (m & f).

In par. Nordrehaug Ringerikiæ, ad Nystuen in alpe Filefjeld in salicetis, ad Horgheim in Romsdalia, in alpe Dovre etiam capta (B o h e m a n et ipse). Juli—August.

3. *Sc. notabilis* Stæger, Zett. XI, 4106 (f).

Var. b Siebke, Nyt Mag. 1864, pag. 188 (m). „Segmento secundo abdominis macula media tantum notato.“

In alpe Dovre ad Jerkin 27 Juli 1853 inventa.

4. *Sc. marginata* Meig., Zett. XI, 4108 (f).

Marem in alpe Dovre ad Jerkin mense Julio 1853 deprehendi (a S i e b k e non tamen descriptus).

5. *Sc. maculata* Meig., Zett. XI, 4109 (m).

Ad Grundset in par. Elverum Østerdaliæ nec non in alpe Dovre mense Julio reperta.

6. *Sc. vittiventris* Zett. XI, 4111 (f).

In alpe Dovre ad Kongsvold 12 Juli 1843 a me lecta; in Suecia etiam rarissime occurrit.

7. *Sc. griseo-vittata* Zett. XI, 4113 (f).

Ad diversorium Østre Næs Værdaliæ 8 Juli 1840 in individuo unico femineo a prof. Zetterstedt detecta.

8. *Sc. hyalinata* Meig., Zett. XI, 4115 (f).

In alpe Dovre a Dom. Boheman mense Julio lecta (sec. Zett.).

9. *Sc. trilineata* Zett. XI, 4117 (m & f).

In Tøien ad Christianiam 14 Juni 1849 feminam, verisimile hujus speciei, inveni.

10. *Sc. nitida* Zett. XI, 4119 (f).

Ad Suul Værdaliæ bis, 14 & 16 Juli 1840 a Dom. Zetterstedt capta.

11. *Sc. ruficollis* Zett. XI, 4121 (m & f).

Marem in par. Nittedalen prope Christianiam 4 Juli 1865 deprehendi.

12. *Sc. incisurata* Zett. IX, 4122 (m & f).

Habitat in alpe Dovre in locis umbrosis, ad Kongsvold et ad Drivstuen mense Augusto lecta. Specimen singulum nervum primum longitudinalem bifidum habet.

13. *Sc. cinerascens* Macq., Zett. XI, 4123 (m & f).

In alpe Dovre ad Kongsvold (Boheman & ipse), feminam etiam ad Throndhjem August 1844 inveni; ad Suul Værdaliæ (Zett.).

Var. b Siebke, „antennarum articulis 3 primis basi tantum pallidis." In alpe Dovre reperta.

14. *Sc. thoracica* Stæger, Zett. XI, 4132 (m & f).

Var. b Zett. (m) ad Grundset in parochia Elverum Østerdaliæ 8 August 1870 mihi obvia.

15. *Sc. hirta* Meig., Zett. XI, 4133 (m & f).

Ad Throndhjem specimen unicum 8 August 1844 reperi.

16. *Sc. geniculata* XI, 4134 (m).

Marem in Kongshavn ad Christianiam 3 Juni 1851 deprehendi.

Gen. **Leia** Meig.

1. *L. fascipennis* Meig., Zett. XI, 4140 (m & f).

Habitat ad Christianiam in Tøien, in par. Enebak, ad Aaset parochiæ Aamodt Østerdaliæ nec non ad Drivstuen in alpe Dovre in *Urtica dioica* (ipse). Ad Østre Næs Værdaliæ et in insula Haksten prope Sjervø (Zett.). Juli—August.

Var. c Zett. (m & f) ad Kongsvold in alpe Dovre cepi.

2. *L. subfasciata* Hoffmgg., Zett. XI, 4143 (m & f).

In Værdalia ad Suul (Dahlbom), in insula Haksten Nordlandiæ a D. Fries lecta (sec. Zett.).

Var. b Zett. (m), feminam in alpe Dovre observavi.

3. *L. Winthemi* Lehmann, Zett. XI, 4145 (m & f).

Habitat ad Fredrikshald in Rødsparken, circa Christianiam passim ex. gr. in Tøien et Brovold atque in Ringerike ad Sundvolden. Juni—September.

4. *L. apicalis* Zett. XI, 4146 (f).

Specimen unicum femineum in horto botanico ad Christianiam 30 August 1849 detexi, non tamen reinventa.

Gen. **Boletina** Stæg.

1. *B. trivittata* Meig., Zett. XI, 4152 (m & f).

Ad diversorium Suul Værdaliæ 14 Juli 1840 semel a prof. Zetterstedt inventa.

2. *B. basalis* Stæger, Zett. XI, 4153 (m & f).

Ad diversorium Bjørkvik prope Ofotenfjord Nordlandiæ a Dom. Zetterstedt observata.

Var. b Siebke (m). „Abdominis segmentis 3 & 4 maculis ventralibus flavis.“ Ad Laurgaard in par. Sell Gudbrandsdaliæ mense Julio 1853 reperta.

3. *B. analis* Meig., Zett. XI, 4155 (m & f).

Feminam unicam ad Throndhjem 6 September 1844 inveni.

4. *B. dubia* Stæger, Zett. XI, 4157 (m & f).

Habitat ad Hove in Stordalen Søndmøriæ Juli 1864 (ipse), in jugo alpino Værdaliæ ad Suulstuen uterque sexus parce (Zett.).

5. *B. nigricoxa* Stæger, Zett. XI, 4158 (m & f).

Feminam in alpe Kælahøg Værdaliæ 22 Juli 1840 prof. Zetterstedt cepit, mihi nondum obvia.

6. *B. sciarina* Stæger, Zett. XI, 4159 (m & f).

In jugo alpino Værdaliæ ad Suul et „Kong Carl Johans Klev“ observata (Zett.).

7. *B. consobrina* Zett. XI, 4162 (m & f).

Habitat in alpe Dovre rarissime, duo tantum specimina inveni, unum (m) ad Kongsvold 6 August 1861, et alterum (f) ad Fokstuen 16 Juli 1873.

8. *B. borealis* Zett. XI, 4161. — Leia trivittata Zett. Ins. Lapponica 862. 5 (m & f), ex parte.

Feminam ad Kongsvold in alpe Dovre 28 Juli 1873 Dom. Siebke legit (sec. notam marginalem in ejus „Diptera Scandinaviæ“ tom. XI. Schneider).

9. *B. conformis* Siebke, Nyt Mag. 1864, pag. 188 (m).

„Nigricans, thorace cinerascente nigro-subvittato, tuberculo humerale ferrugineo, antennis obscuris articulo 3tio ima basi palpisque flavis, abdomine nigro, ano concolore, alis hyalinis, nervis costalibus distinctis, fuscis, reliquis paullo tenuioribus, halteribus pedibusque flavis, trochanteribus tarsisque obscuris, tibiarum calcaribus obscuris.“ Long. 2 decimall. (m).

Specimen unicum masculum ad Kongsvold in alpe Dovre 6 August 1861 detexi.

Exsiccata: Nigra, subnitida. Antennæ thorace paullo longiores, fuscæ, articulo 3tio ima basi flavo. Palpi flavi. Thoracis dorsum vix vittatum seriatim pallido-pilosum, tuberculo humerali pallido. Abdomen subcylindricum, puberulum, totum nigrum, ano mediori, concolore. Alæ hyalinæ. Apex nervi longitudinalis 1mi et basis furcæ inferioris æqualem habent altitudinem, at nervulus transversus subcostalis et basis furcæ superioris, inter se subæqualia paullo pone basin furcæ inferioris sita sunt. Halteres et pedes flavi, coxis omnino immaculatis, trochanteribus nigricantibus, femorum summo apice et basi subtus striga infuscata. Tibiæ fusco-pallidæ, posteriores distincte nigro-spinulosæ, calcaribus obscuris. Tarsi omnes nigricantes.

B. analis similis, ano nigro diversa; a *B. boreali* palpis totis flavis et calcaribus fuscis distincta; a *B. consobrina* cursu nervorum diverso et calcaribus obscurioribus differt.

10. *B. brevicornis* Zett. XI, 4163 (f).

Ad diversorium Suul Værdaliæ in jugo alpino atque in summitate alpis Kælahøg in ipsa nive a prof. Zetterstedt reperta.

11. *B. flava* Stæg., Zett. XI, 4164 (m & f).

Habitat in Løsset in par. Aamodt Østerdaliæ ut et in alpe Dovre ad Kongsvold et Drivstuen in *Urtica* frequentissime. Juni—August.

12. *B. nemoralis* Meig., Zett. XI, 4166 (m).

Ad Ørskoug in Søndmøre 29 Juli 1864 rar. a me lecta; in Suecia, quod sciam, semel tantum in Ølandia observata.

Gen. **Mycetophila** Meig.

1. *M. lunata* Meig., Zett. XI, 4174 (m & f).

Habitat ad Christianiam in Bækkelaget mense Junio nec non in par. Vaage Gudbrandsdaliæ ad Svee initio Julii a me visa.

Var. b Zett. (m & f) in Nittedalen prope Christianiam,

Var. c Zett. (m & f), ad Suul in Værdalia (Zett.), ad Svee in parochia Vaage (ipse),

Var. d Zett. (m & f), ad Christianiam in horto botanico legi.

2. *M. lutescens* Zett. XI, 4178 (m & f).

In alpibus Norvegicis 1821 semel capta secundum Dom. Zetterstedt.

3. *M. ruficollis* Megerle, Zett. XI, 4182 (m & f).

Habitat in Norvegia centrali haud infrequens: In Gudbrandsdalia ad Laurgaard in Sell atque in par. Vaage ad Svee, in alpe Dovre ad Fokstuen et Kongsvold frequens (ipse), ad Suul & „Carl Johans Klev“ Værdaliæ ut et in Nordlandia ad Bjørkvik (Zett.). Juli—August.

Var. c Zett. (m & f), marem ad Svee in Vaage nec non in Drivdalen legi.

4. *M. bimaculata* Stæger, Zett. XI, 4184 (m & f).

Hab. ad Christianiam in Tøien, Bækkelaget et par. Asker haud raro, ad Fredrikshald, in parochiis Enebak ad lacum Øieren, Vaage & Laurgaard Gudbrandsdaliæ, ad Ormem Romsdaliæ nec non ad Throndhjem (ipse); in Værdalia ad Suul et ad Bjørkvik Nordlandiæ passim (Zett.). Marts, Juni—August.

Var. b Zett. (m & f), feminam ad Christianiam, in alpe Dovre et ad Throndhjem observavi.

Var. c Zett. (m) ad Suul Værdaliæ a prof. Zetterstedt reperta.

5. *M. vittipes* Zett. XI, 4191 (m & f).

Habitat in Gudbrandsdalia in parochiis Sell ad Laurgaard et Dovre ad Toftemoen, in alpe Dovre ad Fokstuen & Kongsvold (ipse), ad Alstadhaug et Levanger rarius (Zett.).

Var. b Siebke, Nyt Mag. 1864, pag. 190 (f): „Fascia alarum obsoletiore, apice alarum magis umbroso (umbra fere in tertia parte alæ extensa).“ Ad Fokstuen in alpe Dovre in *Urtica* 6 August inventa.

6. *M. cinerea* Zett. XI, 4193 (m & f).

Ad Christianiam in horto botanico & Østre Skøien detecta, in caldario sæpe deprehensa, postea in alpe Dovre ad Fokstuen et Kongsvold reperta. Marts—April, Juni—August.

7. *M. obsoleta* Zett. XI, 4192 (f).

Feminam in alpe Dovre ad Fokstuen 21 Juli 1873 cepi.

8. *M. fuscicornis* Meig., Zett. XI, 4195 (m & f).

In horto botanico ad Christianiam 1 Mai 1849 mihi obvia.

Var. c Zett. (m & f), feminam in Tøien ad Christianiam 14 Juli reperi.

9. *M. uninotata* Zett. XI, 4199 (f).

Ad Christianiam in Tøien 30 August 1849 in specimine unico femineo a me detecta.

10. *M. unimaculata* Zett. XIV, 6565. 20—21 (f), Siebke, Nyt Mag. 1864, pag. 190 (m).

Marem ad Christianiam in horto botanico atque in alpe Dovre ad Jerkin et Drivstuen inveni. Juli—August.

Var. b Siebke, Nyt Mag. 1864, pag. 190 (f): „Minor; abdomine toto nigro, albo-pubescente, ano flavo; macula alarum obsoletiore.“ In alpe Dovre ad Fokstuen 8 Juli 1861 reperta. In speciminibus Norvegicis femora flava sine striga basali sunt.

11. *M. punctata* Meig., Zett. XI, 4200 (m & f).

Hab. ad Fredrikshald, Christianiam in Bækkelaget, in par.

Gol Hallingdaliæ, in Sell ad Laurgaard et ad Svee in parochia Vaage Gudbrandsdaliæ haud raro nec non in Romsdalia ad Veblungsnæs (ipse). Ad Næs Værdaliæ (Zett.). Juni—Aug.

Var. b Zett. (f) et

Var. c Zett. (m & f) ad Svee in Vaage Gudbrandsdaliæ,

Var. d Zett. (m & f) ad Svee atque Christianiam in Tøien & Bækkelaget legi.

Var. e Zett. (m & f) ad Christianiam in Tøien (N. Moe sec. Zett.), ad Svee in Vaage (ipse).

12. *M. ornaticollis* Meig., Zett. XI, 4205 (m & f).

Ad Christianiam in Tøien atque ad Fokstuen et Kongsvold in alpe Dovre reperta. Juli—September.

Var. b Stæger (m) ad Kongsvold in copula 15 August 1861,

Var. c Stæger (m & f) ad Suul et Alstadhaug Værdaliæ Dom. Zetterstedt invenit.

Var. d Stæger (m & f) ad Christianiam in Tøien, Bækkelaget et monte Grefsenaas, in alpe Dovre ad Kongsvold & Fokstuen ut et in Romsdalia ad Veblungsnæs mihi obvia fuit.

Var. e Zett. (m & f) ad Kongsvold 27 Juli 1873 reperi.

13. *M. fuscula* Zett. XI, 4207 (m & f).

Feminam ad Christianiam deprehendi.

14. *M. maculosa* Meig., Zett. XI, 4211 (m & f).

Habitat ad Christianiam in Skøien 22 Juni 1851, nec non in alpe Dovre ad Drivstuen 17 August 1861 capta.

15. *M. cristata* Stæger, Zett. XI, 4213 (m & f).

Prope Sprenbækken ad Kongsvold in alpe Dovre 7 August 1861 feminam deprehendi.

16. *M. alternans* Zett. XI, 4215 (m)?.

In horto botanico ad Christianiam 6 September 1863 a me lecta.

17. *M. bicolor* Macq., Zett. XI, 4216 (m & f).

Uterque sexus in Tøien ad Christianiam, feminam etiam in Drivdalen ad Kongsvold in alpe Dovre observavi. Juni, August—September.

18. *M. nigricollis* Zett. XI, 4218 (m & f).

In alpe Dovre ad Drivstuen & Kongsvold a me rar. inventa, August 1861. Mas variat segmentis abdominis 3—6 lateribus macula trigona ferruginea.

19. *M. atricauda* Zett. XI, 4219 (m & f).

Utrumque sexum ad Kongsvold in alpe Dovre 12 et 13 August 1861 deprehendi.

20. *M. melanopyga* Zett. XI, 4222 (m).

Ad Christianiam in horto botanico 5 September 1849 in uno exemplo masculo a me detecta.

21. *M. brachycera* Zett. XI, 4224 (m).

Ad Vaarstien in alpe Dovre 15 August 1861 marem inveni.

22. *M. guttiventris* Meig., Zett. XI, 4230 (m & f).

Hab in fenestris ad Christianiam in Tøien et Bækkelaget, ad Grundset in parochia Elverum Østerdaliæ atque in alpe Dovre ad Fokstuen et Kongsvold. Marts—April, Juli—September.

Var. b Zett. (f) ad Christianiam in Tøien reperi.

23. *M. leptura* Meig., Zett. XI, 4232 (m).

Marem ad Jerkin in alpe Dovre mense Juli 1853 cepi.

24. *M. fusca* Meig., Zett. XI, 4235 (m & f).

Hab. ad Christianiam in Tøien, in alpe Dovre ad Jerkin et Kongsvold et ad Veblungsnæs Romsdaliæ. Secundum prof. Zetterstedt per totam Norvegiam frequenter occurrit. Juni—August. Variat femoribus posticis basi interdum striga fusca.

25. *M. dorsalis* Stæger, Zett. XI, 4237 (m & f).

Ad Christianiam in horto botanico mens. April & Majo rarius, in alpe Dovre in Nystuedalen prope Kongsvold mense Augusto quoque observata.

26. *M. ochracea* Zett. XI, 4242 (f).

Ad Christianiam in Tøien 6 September 1849 et ad Throndhjem August 1844 mihi obvia.

27. *M. tarsata* Stæger, Zett. XI, 4243 (m & f).

Hab. in parochia Aamodt Østerdaliæ, in alpe Dovre ubique frequens 10 Juli—19 August (ipse), ad Suul Værdaliæ a prof. Zetterstedt semel lecta.

28. *M. nigricornis* Zett. XI, 4245 (m & f).

Feminam ad Christianiam in Tøien 2 September nec non ad Vaarstien prope Kongsvold in alpe Dovre 12 August deprehendi.

29. *M. exigua* Zett. XI, 4246 (m).

Ad Christianiam in monte insigni Rynbjerg 11 Mai 1849 a me detecta, non vero reinventa.

30. *M. nigra* Meig., Zett. XI, 4247 (m & f).

Ad Bjørkvik Nordlandiæ a prof. Zetterstedt reperta.

31. *M. paludosa* Stæger, Zett. XI, 4249 (m & f).

Specimen singulum masculum in horto botanico ad Christianiam 31 August 1849 inveni.

32. *M. vara* Stæger, Zett. XI, 4250 (f).

In betuletis ad Vaarstien prope Kongsvold in alpe Dovre feminam 3 August 1861 reperi; in Suecia, quantum scio, adhuc non observata.

Gen. **Pachypalpus** Macq.

1. *P. cinereus* Zett. XI, 4254 (f).

In Tøien ad Christianiam 12 September 1851 nec non in alpe Dovre prope Vaarstien 2 August 1861 a me capta.

Gen. **Chionea** Dalm.

1. *Ch. araneoides* Dalm., Zett. XI, 4256. 1 (m & f).

Femina a Dom. cons. R. Collett in Kistrand ad Porsangerfjord Finmarkiæ 1874 inventa est.

2. *Ch. crassipes* Boheman, Zett. XI, 4257. 2 (m & f).

Utrumque sexum Dom. Nordvi in Finmarkia mense April invenit.



L. Fehr's lith. Inst.


KART
over
NORGE
1876.
Tromsø Stift
Vest-Finmarken
Østfinmarken
Lofoten Vesteraalen
Nordland
Helgeland
Throndhjem Stift
Trondhjem
Christiania Stift
Christiania
Christianssand Stift
Christianssand
Bergen
Thelemarken
Tromsø
Hammerfest
Vardø
Bodø
Polarcirkelen
RUSLAND
SVERIGE
STOCKHOLM
Sundsvall
Söderhamn
Umeå
Piteå
Luleå
Torneå
Venern